Johannes Rostyslawicz Haliciensis, dux Berladiensis mercatoribus Mesembriensibus normam solvendi exactionis depositorii praescribit

Anno 1134, die 20 mensis Maji.

U imie Otca i Syna i Swiataho Ducha, Amin. Az Iwanko Rostyslawicz, ot stola Halyczskoho, Kniez Berladskyj swiedczuju kupcem Mesymwryjskim, da ne platiet myt u hradie naszem u Matom u Halyczy na izklad, razwie u Berladie, i u Tekuczom, i u hradoch naszych: a na iswoz roznym towarom tutoszym i uhorskym i ruskim i czeskym, a to da platiet nikotyż, razwie u Malom u Halyczy. A kaziyt wojewoda. A na tom obiet. W lieto ot Rozdestwa Chrystowa, tysieszczu i sot i trydesiet i czetyre ljet, misiaca Maje 20 deń.

(Typis excussum in rumaenicis ephemeridibus: Instructionea publica 1862. Jassi Nr. 1 pag. 8, per B. P. Hizdeu, ex originali apud Antiochum Kantimir Rolski existente.)

Eugenius III Papa monasterium Trzemesznense Canonicorum regularium, bonaque illius in protectionem suam suscipit.

Parisiis, Anno 1147, die

Eugenius Episcopus, servus servorum Dei, Dilectis filiis Bernardo Praeposito Tremesnensis ecclesiae, eiusdemque Fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis. IN PPM

Quoties illud a nobis petitur, quod rationis et honestatis esse dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium; ut fidelis et pia devotio celerem consequatur effectum: Ea propter Dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et praefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostram protectionem

suscipimus et praesentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quaecunque bona, eadem ecclesia in praesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Tremesno cum hominibus et pertinentiis suis, villam Kviecisov cum foro, capella in Lencica cum omnibus ad eam pertinentibus, Vasnov forum cum villa, Inzbar forum cum villa, Luben cum lacu, Velatov cum lacu, Camen cum lacu et duabus villis superiacentibus, Strelno, Pilchutov, Palenda, Wlodeievo, Vegleuo, Chamele cum lacu. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnibus profutura, salva Sedis Apostolicae authoritate et dioecesanorum Episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostrae con=

stitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sangvine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Eugenius Catholicae Ecclesiae Episcopus
+ Ego Gvido Presbiter Card. Sbrilogus ss.
+ Ego Otto Diaconus Card. S. Georgii ad Vellus aureum
+ Ego Albricus Ostiensis Episcopus ss.
+ Ego Octavianus Diaconus Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
+ Ego Hubaldus Pbr. Card. tt. SS. Joannis et Pauli.
+ Ego Gilbertus indignus Sacerdos tt. S. Marci ss.
+ Ego Gvido Pbr. Card. tt. SS. Laurenti et Damasi.
+ Ego Julius Pbr. Card. tt. S. Marcelli.
+ Ego Joannes Paparo Card. S. Adriani ss.
+ Ego Gregorius Diaconus Card. S. Angeli ss.
+ Ego Jacinthus Diacon. Card. S. Mariae in Cosmadyn.

Datum Parisiis per manus venerabilis Presbiteri Cardinalis agentis vice domini Guidonis dictae Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis et Cancellarii, Undecimo Calen. Junii, Indictione decima, Incarnationis Dominicae Anno Millesimo Centesimo Quadragesimo Septimo, Pontificatus domini Eugenii Papae tertii Anno tertio.

(Ex transumpto d. 10 Maii 1678 in Conventu Tremesnensi per Gasparum Szykowski Priorem et Notarium apost. confecto, ubi memoratur, originale privilegium scriptum fuisse in pergameno atque munitum Sigillo plumbeo in filis sericis pendente, habente in una parte inscriptionem: Eugenius Papa Tertius; ex altera parte facies Apostolorum cum cruce intermedia et superscriptione: S. PA. S. PE.)

Mieczyslaus III (Senex) dux Majoris Poloniae monasterium Koscielnense prope Calissiam ordinis Sancti Benedicti dotat quibusdam villis.

In Kosciol, anno 1209.

(Cum confirmatione Przemislai II ducis Majoris Poloniae, data Calissiae a. 1278 d. 30 Martii.

In nomine Domini Amen. Nos Przemislaus secundus Dei gratia dux Poloniae notum esse volumus universis Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit: Quia cum homines Sancti Laurentii in districtu nostri dominii a nostris beneficiis in exactionibus ducalibus impedirentur: dominus Johannes praepositus una cum fratribus suis eidem ecclesiae quoddam instrumentum privilegii super libertate villarum nominatae ecclesiae a duce Mescone ipsis donata nobis sub tali forma demonstravit:

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Notum sit omnibus Dei fidelibus et nostris tam praesentibus quam futuris: Quia nos

Miesco filius Boleslai dux Poloniae, ob reverentiam Omnipotentis Dei, Matrisque ejus gloriosae ac nostrae salutis et progenitorum nostrorum et successorum remedium animarum contulimus Deo et Sancto Laurentio ecclesiae que ipsius monasterii in Calisz super villas Kosciol et alias haereditates ad ipsum monasterium pertinentes Kosciol cum gadibus suis inter Dobrzicza Kosciol incipientes a Dobrzica, quae gades ordine currunt per terram per rubetum per paludes per sylvas usque ad Maluina cum pratis quae sunt in gadibus dictae villae Kosciol a Maluina usque ad fluvium Przoszna, quem fluvium Przoszna cum littore rubetis et omnibus utilitatibus per medium dividen quae currunt usque ad terminos Cuchari quae dicuntur Podleszne et Gora Roszyeiewo Crancowo in districtu Calissiensi situat Glogowa, Krziwosandowa, Cliszewo, Piotrowo, Nandzerzewo, cum molendino ante Calisz et Lisiecz ante Conin; has omnes haereditates sive villas monasterio sancti Laurentii cum omnibus utilitatibus et omnibus pertinentiis quae in eisdem haereditatibus inveniri poterint videlicet molendinis, clausuris, piscationibus, pascuis pecorum sive porcorum in glandinibus, venationibus ferarum, volucrum, castorum,

in agris, pratis, sylvis, rubetis, omnia et singula cum ipso nostro jure ducali praedicto monasterio Sancti Laurentii contulimus et conferimus et perpetuo possidenda confirmamus, absolventes eos ab omnibus juribus polonicalibus nostri dominii, ab omnibus exactionum vexationibus, servitiis solutionibus, quibuscunque nominibus censeantur sicut a Narasz, a Przewod, a Przewosz, a Podworowe, a Stroza, a Poradlne, a Bove, a Vacca, a Porco, ab Opole, a Targowe, a Capite cujuscunque conditionis sit utriusque sexus, a Pomoczne, a Venationibus ferarum, volucrum et castorum, quodque sint ab eisdem liberi et exempti. Etiam pro remedio salutis nostrae conferimus ante castrum Calisz liberam tabernam cum theloneo in eadem civitate in perpetuum possidendum. Si quis autem contra hoc factum vel institutum convenire acceptaverit, vinculo anathematis, nisi resipiscat innodetur; quod si contempserit ducalis potestatis animadversione et censura puniatur. Quam donationem et libertatem nos ratam et firmam habentes, praesenti documento eam inserentes, nostri sigilli corroboravimus appensione.

Hujus rei testes sunt Przetpelcus castellanus posnaniensis, Herkiemboldus castellanus calissiensis, Domaradus judex calissiensis, Jaroszt castellanus dobrzinensis, Joannes venator posnaniensis, Boguchwal pincerna posnaniensis, Isaias cancellarius, Petrus, Michael capellani curiae. Datum confluentibus viris dominis nobilibus Vladislao duce Opoloniensi et praefato duce Polono in coenobio Sancti Laurentii, Anno gratiae Millesimo Ducentesimo nono.

Nos vero praefatus dux Poloniae Przemislius secundus attendentes et inhaerentes vestigiis praedecessorum nostrorum, cupientes per opera pia et misericordiam pervenire ad regna coelestia, eodem instrumento privilegii inspecto et fideliter examinato, de consensu et consilio baronum nostrorum duximus renovandum fidelissimas et benignas donationes rerum mobilium et immobilium et libertates earundem et exemptiones quarumlibet vexationum saecularium indultas et a solutione nostra vel indebita praedicto monasterio misericorditer in perpetuum confirmantes, absolventes etiam omnes homines in praefatis villis inhabitantes, ut coram nullo judice, castellano, palatino,

nec advocato civitatum debeant citati comparere, nisi coram suo praeposito. Et si per aliquem praedicti homines citati fuerint et non comparuerint, nihil inde luant, sed omnia judicia coram suo praeposito prosequantur, praepositus vero non pro alio ad nostram praesentiam citabitur, nisi pro terminis haereditatum et per literam nostro sigillo sigillatam; a poenis vero judiciariis cujuslibet praepositus sit liber et exemptus: in aliis autem causis quibuscunque ad suum ordinarium pertinebit judicandus. Contulimus etiam eidem monasterio et praesentibus conferimus incolis villarum praedictarum jus theutonicum Novi Fori eo jure, quo omnes civitates et villae per districtum nostri dominii libere possident juxta formam juris Novi Fori, ita tamen, quod ad jus theutonicum jam expressatum in perpetuum nullum respectum in aliquibus exactionibus penitus habeamus. Ab expeditione vero monasterium idem et omnes incolae haereditatum praedictarum in terra nostra et extra terram quodcunque evenerit, nec ad castrum, nec ad aliquod juvamen vel castrum aedificaverunt obligati, sed per omnia liberi et immunes liberamus etiam ut a statione equorum praefatum monasterium et praepositus cum fratribus

suis sint liberi et exempti. Ut autem haec omnia pia confirmatio et donatio perpetuo inviolabilis perseveret et robur obtineat firmitatis, praesentem paginam nostri sigilli munitione roboramus. Actum et datum Calisz Anno Domini Millesimo Ducentesimo septuagesimo octavo, Feria quarta proxima post Laetare, Praesentibus his testibus comite Zegoio venatore calissiensi, Bernoldo castellano calisz. comite Sandivogio castellano siradiensi, Chotone succamerario, Bertoldo tribuno, Zavischa vexillifero calissiensi, Ubislao pincerna calissiensi, Sandzivogone judice gnesnensi et aliis quam plurimis fide dignis. Datum per manus Tylonis notarii nostrae curiae.

(Ex confirmatione hujusce privilegii per Casimirum regem Poloniae in Petricoviensi conventione feria 6ª festi Pentecostes 1467 ad praeces venerabilis Stanislai praepositi in Kosciol prope Kalisz monasterii S. Laurentii ord. S. Benedicti. – Item ex transsumpto ex actis capitanealibus castrensibus calisiensibus fer. 2ª post domin. Invocavit 1549 quod transsumptum Sigismundus III Cracoviae d. 16 Martii ~~[illegible]~~ 1603 approbavit. – Oblat. in actis castr. crac. fer. 5ª in Octava ~~[illegible]~~ festi Corporis Christi d. 6 Junii 1782. Libr. Relat. Ann. 1782. Tom 213. pag. 1031–1036 Nº 331)

/: Przywilej ten wspomina Długosz Histor. Libr VI ad. ann. 1209 pag. 609 Edit. Lips. – lubo śmierć tegoż Mieczysława pod r. 1202 kładzie, co i latopisiec krakowski (ed. Lętowsk. T. IV p. 24) pod r. 1202 umieszcza. :/

1231

In nomine Domini Amen. Ego Vladislaus Dux Poloniae notum facio tam praesentibus quam futuris: Quod Sandiuoius Cantor Ecclesiae Gnesnensis haereditates proprio iure cedentes ab atavis ex antiquo possessas scilicet Obram Gorcam Crotle Gromaduino Godlewo Tazinez cum lacubus, pratis, sylvis, molendinis, piscationibus in fluuiis Obra Doyza et omnibus attinentiis in memoriam et remedium suae animae Monachis Lucnensibus Cisterciensis Ordinis ad Abbatiam construendam atque inibi Deo et piae Matri ipsius sub regula Sancti Benedicti deuote militantibus iure cessit perpetuo possidendas. Igitur ne

labili lapsu cadat memoriae posteris nostris quomodo ac inviolabili pacto subscriptionis nostrae chirographo veritate utique subnixo, ratum haberi decerno. Quod si quis ausu temerario fretus praetexatum immutare vel instinquere praesumpserit, tanquam nostrae insidiator Maiestatis digna reus animaduersione plectetur puniendus. Lutole etiam contulit quod madidum dicitur cum lacubus et omnibus attinentiis. Adest etiam illustrium virorum vel testium adstipulatio Comitum, Bogumilus Bezdrowicz, Petrus Oggerii, Dirsicius Dabrogost, Janussius Miron Henrici, fratres patrueles eiusdem Cantoris Baldewinus Decanus Christianus Archidiaconus Gnesnen. et aliis pluribus. Acta sunt haec Anno Domini Millesimo Ducentesimo Trigesimo primo.

(Ex transsumpto in Conventu Obrensi d. 13 Julii 1693 [illegible] per Notarios publicos Thomam Floriani Jarzyna Priorem Vzchocensem et Emericum Adalberti Lubotowicz Professum Andreoviensem ad requisitionem Alberici Roborowicz Prioris Obrensis qui privilegia originalia produxit, conscripto.)

1231 Vladislaus dux Polon. approbat dotationem monasterii 11
Obrensis ord. Cisterc. per Sandivogium Cantorem ecl. Gnesn.
factam.

1233. Vladislaus filius Odonis dux Gnesnensis colonis Theutonicis
in possessionibus monasterii de Langroz locatis confert jus culmense

1234 Kalend. Februar. in Posnan. — Bronisius Comes confert possessionem
Jaczechowe Henrico abbati de Lenin, pro construenda monasterii Paradisii
ord. Cisterciensium.

Henricus Dux Cracoviae et Slesiae
villam Chelm monasterii miechoviensis
ab angariis juris polonici liberat.
Opoliae, anno 1232 die 2 mensis Octobris

Ego Henricus Dei gratia Dux Cracoviae simul et Slesiae

Nakielski
Miechovia
pag 154

19 wrześ[illegible]

+ In nomine sancte et indiuidue trinitatis.
Ego Wlodizlauus filius dominj Odonis dux
Gneznensis. fidelibus christi in perpetuum. /
Uniuersis tam presentibus quam futuris notum
esse uolumus. quod ad peticionem dominj hein=
rici abbatis lugnensis. harde / genum et sequa=
ces suos theutonicos quibus dictj abbas et con=
uentus Pangroz cum (in) quadraginta mansis
franconialibus. iu/re theutonico perpetuali=
ter possidendos contulerunt. sub nostra(m) pro=
tectione(m) ac defensione(m) in honorem dei sus=
cepimus libe/rtate donauimus. ita quod sine
theloneo ualeant fines terre nostre peragrare.

sine omni exactione juris pollonicalis se=
de/bunt, mecum tamen ibunt in expedicionem
ad terre mee defensionem. decimas suas tamen
soluent monasterio supradicto./ Nullus sine
sigillo nostro eos grauet. nec sine sigillo
nostro eos prouocet nec ante iudicem nec
ante me ipsum. sed libertas omnismoda in
perpetuum eis tota consistat. nostro con=
signata sigillo. a nullo successorum nostro=
rum uiolanda. Actum anno/dominice incar=
nacionis Millesimo ducentesimo tricesimo
tercio. Utentur autem supradicti jure culmi=
nensi.

(Pieczęć oderwana, pozostał tylko
różowy wypłowiały sznurek jed=
wabny. Oryginał na pergaminie
w Bibl. Uniw. Krak. za szkłem.)

In nomine Domini Amen. Bronisius Dei gratia Nobilis Comes Poloniae. Non absque dolore cordis nostrae conditionis agnitionem nobis memoria suggerit, praesertim cum vita hominis qualibet potens et florens sit, denuo tamen vapor ad modicum parens et quasi fumus denso raptus de fumario Quapropter cum multae sint versiones, restat ut mittamus manum ad fortia et apprehendat misericordiam, abscondens eleemosynam in sinum pauperum Christi qui possint orare pro nobis. Quandoquidem nullum citius placat et ad veniam movet pium Judicem, quam opus pietatis promissionem habentis quae nunc est et futura. Quod attendens ego Bronisius Comes

et sedula mente pertractans de haereditate transi=
toria et fugaci, mihi, meisque comparare decrevi
thesaurum in caelis stabilem et permanentem,
ubi nec aerugo, nec tinea demolitur, nec fures effo=
diunt, nec furantur. Igitur constare volo tam
praesentibus quam posteris universis, quod in
remissionem meorum et uxoris meae peccaminum
simul progenitorum meorum, et obtentu vitae ae=
ternae ad honorem Dei et gloriosae Genitricis suae
semperque Virginis Mariae et Sancti Martini
Confessoris Christi, cum consensu Illustrissimi
Ducis Poloniae Vladislai Iunioris et Domini
Pauli Posnaniensis Ecclesiae Episcopi et cum
consensu Chori dictae Ecclesiae Posnaniensis
cum consensu Sandivoi fratris mei et Iarostii
filii fratris mei, cum consensu uxoris meae et
parentum meorum obtuli et contuli locum pro=
prietatis meae qui dicitur Hoszechowe domino
Henrico Abbate et Fratribus de Lenin ad con=
struendam nouam Abbatiam Ordinis Cistercien=
sis cui vocabulum est Paradisus in suis termi=
nis sic limitatum scilicet valle quae dicitur
Gnyjmar in riuulum nomine Pakinz descenden=
do per eundem riuulum usque ad fines dictae

haereditatis meae, qui vulgariter tramites nuncu=
pantur, cum omni utilitate agrorum, aquarum,
molendinorum, graminum, pratorum et syluarum
mellificiorum, pascuorum, piscationum ac vena=
tionum. Et si quae aliae sunt vel emergere possunt
utilitates quae hic non specificantur universe,
et universaliter omnes praenominatae Abbatiae
videlicet Paradiso Sanctae Mariae a nobis et ab
haeredibus nostris, mero et pleno iure conferun=
tur, et collatae confirmantur. Ut igitur haec
donatio et assignatio nostra saepe nominatae
Abbatiae et Fratribus eiusdem loci qui sunt
Ordinis Cisterciensis Posnaniensis dioecesis
rata et inconvulsa perseveret, ipsam sigilli
mei appensione dignum duxi roborandam,
cum bonorum et fidelium virorum attestatio=
ne, quorum sunt haec nomina. Vladislaus
Iunior Dux Poloniae. Dominus Paulus Episco=
pus Posnaniensis, Dominus Henricus Abbas
de Lenin, Vilhelmus Plebanus de Gostechowe,
Sandiuoius frater meus. Viszota filius Vgonis.
Theodoricus Castellanus de Mezeryk et Ioannes
filius eius, Gotardus Notarius meus et cum alio=
rum fidelium attestatione clericorum et laicorum
quorum nomina Deus nouit. Acta sunt haec et

data Posnan. Anno Gratiae Millesimo Ducentesimo trigesimo quarto. Kalend. Februarii Epacta XXVI Indictione Quinta.

(Ex transsumpto in Conventu Paradisiensi d. 15 Junii 1693 per Notarios publicos Thomam Floriani Zarzyna Priorem Vzchocensem et Emericum Adalberti Lubotowicz Professum Andreoviensem ad requisitionem Alberici Sokot Prioris Conventus Paradisiensis, qui privilegium originale pergameneum cum appensis sigillis omni suspitionis nota carens, produxit, conscripto.)

1238

Universis hanc paginam videntibus et inspecturis Sandiuoius Dei gratia Gnesnensis Ecclesiae Cantor salutem in omnibus Saluatore. Cum ea quae geruntur in tempore, ne simul per obliuionem labamur cum tempore, quodcunque inconvulsum obseruari decernitur, necesse est scriptis aut probabilium virorum testimonio perennari. Nouerit proinde quae nunc est, et post nos futura generatio, quod dum ego Sandiuoius fundarem claustrum Obram in honorem Dei, Sanctaeque Dei Genitricis Mariae, omnes possessiones meas Gorcam, Crotle Gromadcino Lutole Godlewo, cum attinentiis eorum Zasinez quoque cum omni

apparatu suo, hoc est cum equis, bobus, vaccis, ovibus, annona et cum caeteris domus meae utensilibus, post obitum meum dilectis Fratribus monachis sub Ordine Cisterciensi in claustro meo Deo servientibus contuli sine aliqua reclamatione possidendas. Et ut haec mea donatio a nullo postmodum perturbetur, hanc chartulam nostris sigillis duximus confirmandam. Huius rei testes sunt D. S. Abbas in Obra. S. Prior. S. Cellerarius. Joannes Plebanus de Naleh. Mathias Plebanus de Zbąszyn. Henza filius Hendo Andreas et Dobeslaus de Carna. Acta sunt haec Anno Gratiae Millesimo Ducentesimo Trigesimo octavo.

(Ex transumpto in Conventu Obrensi d. 13 Julii 1693 per Notarios publicos Thomam Jarzyna et Emericum Lubotowicz ad requisitionem Alberici Roborowicz Prioris Obrensis, qui privilegia originalia produxit, conscripto.)

19

Conradus Dux Cracoviae et Lenciciae dislimitationem villae Mszczin monasterii miechoviensis per Henricum Ducem factam ratam habet.

In Kalina anno 1242, die 30 mensis Julii

Rex magnus et terribilis cui venti obediunt atque mare, disposuit

na Kielsk. miechovia pag 164

3 swiezy

Leo Danielis filius Dux Haliciensis, monasterio ritus graeci in villa Baszewo (hodie Nahujowice dicta) dotem assignat.

Leopoli, anno 1244.

My Xiąże Lew Daniela syn namowiwszy się wespołem z Radamy naszemy y Dworom naszym Hospodarskim, dałyśmy dwa łany roli we wsi Baszewa rzeczonej wolnej cztyry czerzyny swiętego Mikołaja monastyrowy, na swój dwór Hospodarski niezostawując nic, dałyśmy Ihumenu Eliaszowi y po nim będącym Bogomodlcom naszym, daliśmy władycze naszemu Abrahamowi na wieki wieków, a ktoby chciał wstąpić na słowo nasze, chcemy z nim sąd mieć przed samym Bogiem na straszny dzień. Pisano we Lwowie w domu Matki Bożej Lita sześćtysiącznego siedmsetnego piędziesiątego wtorego.

(Ex confirmatione Sigismundi Augusti Re=
gis Poloniae, Lublini in Conventione Regni
feria 6ª ante festum Assumptionis B.V.
M. 1566 data ad preces Antonii Rady=
towski Vladicae Przemysl. Sambor., ubi
memoratur, donationem hanc in libro
vetusto Evangeliorum Ruthenicae eccle=
siae, juxta antiquam gentis Ruthenicae
consuetudinem, inscriptam fuisse.)

Abbas monasterii andreoviensis ordinis cisterciensis coram Opisone abbate messanensi legato apostolico, villam Grembatów pro villa Nawarzyce cum capitulo ecclesiae cathedralis cracoviensis commutat.

Anno 1247, die 6 mensis Julii.

In nomine Domini Amen. Anno incarnationis ejusdem M°. CC°. XL. VIJ°. de mota questione coram reverendo patre Opis. abbate de Mezagno, in Polonia, Pomorania, Pruscia et circumadjacentibus regionibus domini pape Innocentij quarti vices agente contra abbatem de Andreov et conventum ejus, a decano et capitulo cracoviensi super villa Navariz quam idem decanus et capitulum ad jus et proprietatem ecclesie prenominate asserebant pertinere, utpote nomine ipsius et eius peccunia ab Andrea dicte ecclesie scolastico comparate, in cujus etiam possessione fuerant corporali, et habita aliqua altercatione, tandem de consilio et auctoritate venerabilis patris Prandote dei gratia episcopi cracoviensis talis ordinatio et transactio inter ipsos intervenit, ut videlicet nominati abbas et conventus dictam villam Navariz retinerent, data

villa Grambalou decano et capitulo prenominatis, facta cessione ab abbate et conventu decime ejusdem villae et alterius que Tropossew nuncupatur. In cujus commutationem et restaurū suprafati abbas et conventus a nominato episcopo et capitulo ejus decimam dicte ville Nauariz receperunt, cum omnibus novalibus que in ejusdem ville districtu in futurum insurgere contigerit, hoc in omnibus habito moderamine, quod supradicti decanus et capitulum tenerent tueri abbatem et conventum prefatos in possessione ville prenominate Nauariz. Et si forte ab aliquo cognatorum dicti scolastici vel quovis alio sine culpa abbatis vel ejus conventus eadem villa evinceretur, abbas cum suo conventu ad nominatam villam Grambalou impedimento omni cessante reverteretur, recuperatis decimis villarum predictarum decanus et capitulum ad jus quod eis in villa Nauariz competit absque ulla contradictione redibunt, episcopo decima recuperante. In memoriam autem rei geste et perpetuum robur presens littera sigillis episcopi prefati et ejus capituli, nec non et abbatis nominati de consensu conventus ipsius est sigillata. In Octava apostolorum Petri et Pauli. Omnibus autem hiis interfuerunt, E. decanus, V. prepositus, G. scolasticus, T. custos, Lambinus, Petrus, Michael, Ceszlaus, Miloszlaus et alii canonici Cracovienses.

(Oryginał na pergaminie; z trzech pieczęci wiszących na taśmach pergaminowych pozostała tylko środkowa owalna wyobrażająca kościół z jedną wieżą, z chorągwią zakończoną krzyżem nad którym gwiazda utkwioną na dachu kościoła z napisem dokoła ..... venceslai. — w Archiwum Kapituły Krakowskiej Nr. 26.)

Boleslaus pudicus dux Cracoviae nonam partem proventus annui salis de fodinis in Bochnia (villa) coenobio cisterciensi in Wąchock donat.

Cracoviae a. 1249 d. 25 Julii:

Rzyszczewski Codex I p. 54 N.o 35

Casimirus Dux Lanciciae et Cujaviae Abbati monasterii Vitowiensis usumfructum fluvii Lucięza contra Abbatem de Sulejow adjudicat.

In Ktobia, Anno 1250.

In nomine domini Amen. Que geruntur in tempore simul cum labenti labuntur tenpore nisi testimonialis littere memoria roborentur. Nos igitur Kazimirus dei gracia dux Lanchicie ac Cujawie notum facimus universis tam presentibus quam futuris: quod cum venerabiles viri, videlicet dominus abbas de Vitouja ex vna parte, et abbas de Suleou ex altera, pro littoribus fluuij qui vulgariter dicitur Luchasa, coram nobis Judicio decertarent, dictus dominus abbas de Vitouja legitimis causis et attestacionibus veridicis conprobauit, quod a ponte usque in Pregloun in utroque littore et eciam in Chopriunicha in molendinis construendis et piscacionibus, nec non et in castoribus capiendis, de preglouu autem usque in Plilcam in piscacionibus et in castoribus et in utroque littore omnem haberet dicti fluuji jurisdictionem,

Lucięza

Przygłow

hoc eciam addito quod dominus abbas de Suleou in
utroque littore ~~eciam habeat dicto fluujo~~ per vnum
juger a fluujo in pratis, lignis et haratura nullam
valeat habere ulterius utilitatem. Et ecjam volumus
quod factum hoc inuiolabiliter in posterum obseruare-
tur presentem paginam in huiusmodi rei testimonium
Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Huius autem
facti testes sunt Budjzlaus filius Stresconis, Jacobus
subcamerarius, Vitus subjudex, Thomas subdapifer,
Sbilutus subdapifer, Johannes subpincerna, Suen-
tozlaus Cristinus subcamerarius, Pribizlaus sub-
agazo et Mauricius subcancellarius. Actum in Cloba
Anno domini M°CC° quinqugesimo.

(Oryginał na pergaminie z resztkami pieczęci białej zawieszonej na taśmie pergaminowej. Pieczęć przedstawia rycerza w zbroi z tarczą przebijającego lwa [z resztkami napisu dokoła: +S. Ka.... ----- avie.]. – W zbiorach Antoniego Ryszarda – Łaszyńskiego w Krakowie r. 1888.)

Wizon canonicus cracoviensis cum fratre suo comite Dzierzykrajo monasterium ordinis Canonicorum regularium SS. Cleti et Marci Martyrum de poenitentia in villa Trzciana seu Libichowa fundant, accedente consensu Boleslai pudicis ducis Cracoviensis.

In Koprzywnica, anno 1250, die 14 mensis Augusti.

In nomine Domini Amen. Vir discretus et nobilis dominus Vizon canonicus cracoviensis cum dilecto fratre suo comite Druzicragio universis Christi fidelibus praesens scriptum intuentibus salutem in Domino sempiternam: Quoniam praesentem locum elemosina obtineat apud Altissimum ipsa veritate docente cognovimus, ut ait: date elemosinam et omnia munda sunt vobis; necesse ergo habemus largitorem elemosinarum insistere, cum ad pietatis opera teneamur: pietas enim vasque ad omnia habens in se repromissionem vitae, quae vct est secundum

principum magis multum solet mitare scripturae non commendata, nostram dationem superexpressam praesenti scripto cum sigilli nostri appensione et domini Vizonis canonici cracoviensis signum duximus roborandum. Datum in Coprivnicia in vigilia Assumptionis Beatissimae Mariae Virginis, [decimo] Nono Kalendas Septembris Anno Domini Millesimo Ducentesimo quinquagesimo.

(Oblatum fer. 4a post dominicam Misericordiae 1625 ad acta castr. cracov. (Libr. Relat. Tom [redacted] 50 anni 1625) per Albertum Lissarski definitorem Conventus Trzcianensis ubi memoratur originale in pergameno scriptum tribus sigillis cereis pensilibus munitum fuisse)

Apostolum, et futurae: et quia in Lubechoua opus claustri et ecclesiae, quae denuo construitur pro fratribus Martyrum nomine in honorem beatae Margarethae Virginis nostra datione et nostro juvamine pro salute consangvinitatis nostrae et pro illorum qui de bonis suis a Deo collatis ad praefatum opus pia charitatis subsidia liberaliter expenderint, jam dictam Lubechouam dictis fratribus taliter nuncupatis contulimus jure perpetuo et haereditario integraliter possidendam cum pratis et aquis ac aliis omnibus utilitatibus in praesentibus vel postmodum in eadem procreandis et omnia circumquaque metis consignatis nominat' Postradomie et pulchras quercus a Verusice et a Vinere: ex alia vero parte a Bruno usque qui vocabulo nominatur fluvius de Syrad: damus usque Porosdele luctam sylvam pro nova extirpatione. Dominus Prandota episcopus cracoviensis de omnipotentis Dei misericordia addidit decimam pro eis in novis extirpationibus ad ecclesiam beatae Margarethae cum Quadraginta dierum indulgentia. Haec acta sunt coram his

probis viris testantibus, dominus Prandota episcopus cracoviensis, comes Nicolaus palatinus cracoviensis, comes Segneu castellanus cracoviensis, comes Bronis castellanus de Begech, Predpelk cancellarius ducis, dominus Sobeslaus subcancellarius nostrae curiae; ista omnia sunt denotata praesente duce Boleslao. Nos Boleslaus Dei gratia dux Cracoviae et Sandomiriae notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod ob multa servitia dominus Vszon canonicus cracoviensis cum fratre suo comite Drusicragio fideliter ac laudabiliter nobis exhibuit, Nos vero pro eorum petitione et pro redemptione animae nostrae contulimus libertatem domui Sanctae Margarethae, non citare coram castro nec castello nec ejus judice, sed convenire annulo coram duce vel ejus palatino et ab omni solutione castri eos deliberamus et ab omni exactione juris ducis, nec vaccam nec ovem et alia his similia nec Stan nec Podwod aâi, verum quia ignorantia decreto actis novellorum succedentium temporum collectuum cursum more solito peragen donationes vel edicta

principum magis multum solet mitare scrip=
turae non commendata, nostram dationem super=
expressam praesenti scripto cum sigilli nostri
appensione et domini Vizonis canonici cracovi=
ensis signum duximus roborandum. Datum
in Coprivnicia in vigilia Assumptionis Bea=
tissimae Mariae Virginis, Nono Kalendas Sep=
tembris Anno Domini Millesimo Ducentesi=
mo quinquagesimo.

(Oblatum fer. 4a post dominicam Miseri=
cordiae 1625 ad acta castr. cracov.
(Libr. Relat. Tom 50 anni 1625) per
Albertum Lissarski definitorem Con=
ventus Trzcianensis ubi memoratur
originale in pergameno scriptum tri=
bus sigillis cereis pensilibus muni=
tum fuisse)

n=

er=

ri

i=

p=

i=

ri=

n=

ri=

i=

Boleslaus (pudicus) dux Cracoviae, Nicolao filio Volkmari civi de Lignica, Nicolao de Kijow, Egidio de Stup et Nicolao de Gtuporzyce facultatem locandi in loco salisfodinarum Bochnia vel Saltzberg dicto civitatem jure theutonico confert.

In Korczyn, anno 1253 die 27 mensis Februarii

Premislius I dux Majoris Poloniae posessiones gnesnensis monasterii Fratrum de domo Sancti Sepulchri confirmat, iisdemque varias immunitates tribuit.

Gnesnae, anno 1253 die 10 mensis Maji.

In nomine Patris et filii et Spiritus Sancti. Haec sunt nomina villarum, quae homines orthodoxae fidei in salutem animarum suarum in usus Fratrum de Domo S.[ancti] Sepulchri devote contulerunt perpetuo possidendas. Prima est in Gnesna, quae dicitur Ecclesia Sancti Sepulchri cum duabus tabernis et molendino ibidem, et ad istam ecclesiam pertinet villa, quae dicitur Kantryn alia vocatur Smitna,*) quam Dux Magnus illis contulit pro villa quae dicitur Kromy,**) nomine Mesko, alia villa dicitur Grochoviskie, quae quondam fuit episcopi de Wratislavia, alias dicitur Pawlowy***)

*) Scamina

**) Ostrowij

***) Pawlowicz

1) Grodzisch

quam contulit Paulus, alia dicitur Grodzych[1] quam contulit Ducissa Magna. quod a nostris senioribus est institutum ad aetatis nostrae notitiam non venisset, si celassent testimonia et obsequia scripturarum: quam ob rem nos Premisl divina institutione dux Poloniae notum esse volumus universis Christi fidelibus praesentibus et futuris praesens scriptum inspecturis, quod de consensu et voluntate fratris nostri ducis Boleslai (ad) remedium animae nostrae et omnium parentum nostrorum, libertatem a patre nostro felicis memoriae duce Wladislao omnibus villis Sancti Sepulchri institutam et concessam de nostra non ficta voluntate authoritate nostra innovamus et confirmamus quae talis est. Quia omnes villae jam dictae, quas praedicta ecclesia ad praesens possidet, vel deinceps quoquomodo possidebit, a Poradlne, Powolowe, a Strozą, a Powoz, a Naraz, a Prewod,[2] a bove, a vacca a pollna[3] et a solutione capitis, excepta sola recenti ferina, quam ad proximam villam per conductum educere tenebuntur et a citatione (omni scilicet)[4] castri et judicis cum earum inhabitatoribus perpetue gaudebunt omnimoda libertate, nec etiam coram nostra praesentia citati comparebunt, nisi prius nostro sigillo

2) Podwoda
3) Opolna
4) cujuslibet

fuerint provocati. Et quia homines villarum ecclesiae memoratae a venatoribus nostris et a Lodwoda sepius gravabantur, ob amorem et reverentiam Domus Sancti Sepulchri in remissionem omnium peccatorum nostrorum et nostrorum successorum, eos ab hoc gravamine absolvimus ita, quod canes nostros non pascant, nec venatores cujuslibet officii recipiant. Ab omni autem expeditione et castrorum munitione et ab omnibus aliis exactionibus et solutionibus eos totaliter reddimus absolutos. Ut autem haec nostra promissio et confirmatio a nobis et a nostris successoribus praesentibus temporibus et futuris inviolabiliter observetur, praesenti documento eam inserimus, sigilli nostri corroboravimus appositione. Datum in Gnesna, Sexto Idus Mai, Anno Incarnationis Dominicae Millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, Indictione undecima.

mss

Ex transumpto in Libro privilegiorum ecclesiae S. Hedvigis Cracov. fol. saec XVII exarato - in Bibl. univ. crac. Nr. 56 Fol.

(Ex transsumpto notariali per Nicolaum de Kalisz Decret. Drem officialem generalem per manus Joannis Nicolai de Stadniki diaconi et publici notarii, Gnesnae d. 21 Augusti 1447 scripto, ad acta castr. cracov. fer. 6a post fest. S. Dorotheae 1766 oblato Libr. Relat. 1766 Tom 199 pag. 321–322 Nr 124.)

(Transsumpt wspomina iż oryginał na pergaminie miał 2 okrągłe pieczęcie woskowe wiszące na sznurkach jedwabnych. Na jednej pieczęci była postać księcia w zbroi trzymającego w prawicy włócznię a w lewicy tarczę na której lew wyryty. Po obu stronach 2 wieże a na każdej trębacz z rogiem. Dokoła napis: Sigillum Premislonis dei gracia ducis polonie. – Na drugiej pieczęci: Mąż zbrojny stojący z tarczą i przeszywający mieczem smoka; w tyle wieża a na niej dziewica z załamanemi rękami. Dokoła napis: †Sigillum Boleslai dei gracia ducis Polonie.)

Boleslaus (pudicus) Dux Cracoviae
monasterio miechoviensi confert
theloneum in villa Chetm.

Cracoviae, anno 1260 die 13 mensis Aprilis.

R. III No 37
p 78

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Quoniam
generatio

Nakielski
Miechov. p. 182

19 wieków

Boleslaus pudicus dux Cracoviensis monasterio Koprzywnicensi ordinis Cisterciensis omnes possessiones confirmat, nominatim Dobrzechow, Lubczyna, Sosnica, Lubla, Jasto, Wietrzno, Łęg, Podleszany, Okunin, Zawada, Grodzisko Wysoka (nunc Stodolina), Golcowa, Zieloniczyna wola, Frysztak, Glinnik, Łasce (nunc Łęzyny), Łubno, Kopytowa, Zręcin, Bobrka, Obrwinow (nunc Barwinek) Zboiska, Niżna Łąka, Machnowka, Ocice, Nagnajow, cum pensione ex salisfodina Wielicensi, iisdemque varias libertates confert.

Anno 1277 die 21 mensis Martii.

In nomine sanctae Trinitatis[1]. Amen. Quoniam omnia[2] quae fiunt in tempore, tabefiunt et corrumpuntur in tempore; omnis quippe creatura vanitati est subjecta et in suum chaos redeunt universa: necesse est omnes actiones legitimas et[3] dignas memoria literarum[4] testimonio commendare, quo futurae[5] veritatis indicium et certitudinis extet argumentum.[6] Noverint[7] igitur tam praesens aetas quam futura[8] generatio: Quod nos Boleslaus Dei gratia Cracoviae (ensis) et Sandomiriae (ensis) dux, attendentes quanto charitatis affectu bonae memoriae pater noster

Variantes lectiones ex transumpto Anni 1693. 1) In nomine Domini. 2) omnia deest. 3) ac 4) literarum et 5) futuris 6) existat augmentum. 7) Noverit 8) ventura

Leszko suo[1] aevo dux[2] illustris Domum Sanctae
Mariae Sanctique Floriani de Koprzywnica[3] ac
fratres ordinis Cisterciensis de Galliae partibus
evocatos ibidem Deo servientes dilexerit et
quanto solicitudinis studio eosdem fratres, villas=
que homines[4] eorundem in suis privilegiis et
libertatibus confoverit; ob remedium animarum[5]
genitoris nostri ac charissimae matris nostrae
felicis recordationis Grzymislavae villas Do=
mui fratribusque praedictis in nostro dominio
acquisitas, insuper[6] libertates eorundem, prout in
eorum[7] privilegiis perspeximus renovamus et re=
novatas confirmamus: Videlicet Koprzywnicam[8]
cum pertinentiis suis et jure patronatus, Beszyce ut=
reque[9], Swiszyca, Ciszyca, Krzcin, Lubszyna, Dobrze=
chow, cum jure patronatus, Sosnica, Lubla cum ju=
re patronatus, Jassiel, Wietrzno cum pertinentiis suis,
Łąk, Pielaszow,[10] Zdanow, quas in prima[11] fundatione
ipsius domus contulit comes Nicolaus fundator ejusdem
abbatiae; insuper Niekisialka quam eisdem fratribus
contulit reverendus pater Vincentius tunc temporis

Dobrzechow
Lubszyna
Sośnica
Lubla
Jasło
Łęg Krak

1) summo 2) dictus 3) Copriunica 4) villas hominesque 5) ob remedium praefati
6) insuper et 7) illorum 8) Copriunicam 9) utraque deest. 10) Swieżyce, Krzcinn, Lubdzina, Dobrzechow, Lubla, Wietrzno cum omnibus suis pertinentiis, Pielaszow, 11) primaeva

Cracoviensis episcopus); item Krobielice, item Karwow, Podleszany, Okunin, Zawada, Grodzisko, Wysoka, Golczowa, Zielonczyna Wola, Frysztak oppidum cum jure patronatus, Glinik; item mediam partem Laszcze, item mediam partem Lubno, item Kopytowo, Zrzenain cum jure patronatus, Bobrka cum jure patronatus, Obrwinow, Zboiska cum omnibus suis pertinentiis, prout sunt ab antiquo in suis agris et sylvis distinctae et limitatae; item Nizna Lanka, Machnowka; item Oczyce quam dedit senior Lakoslaus cum clausura[1]; item Dobrucice[2], item Nagnaiow[3], item Szewce quam pro quadraginta marcis argenti a Nicolao filio Kotym[4] emerant dicti fratres; item haereditatem de Strączkow cujus partem emerunt a Gregorio haerede ejusdem haereditatis, partem vero contulit eidem domui et fratribus ob remedium animae suae parentumque suorum; item Gniewoszyce, Sosniczany. Insuper confirmamus dictae domus et fratribus haereditates vulgariter dictae Sulow, Bystrzyca, Zakrzow, Rudnik, Wnietowice, Dokarow; item Siedlce et Niecieczca, quas ob remedium et salutem animae suae et parentum suorum praenominatis fratribus contulit comes Paulus de Szamborzec[5]. Homines autem earundem

1) item Krobielice"... usque ad „cum clausura." desunt. 2) item Dobrowice quam "habent pro commutatione facta de Zarenchyny 3) item Nagnaiow deest. 4) Colini

5) „item haereditatem de Strączkow"... usque ad... „Paulus de Szamborzec" desunt et pro hoc sunt: Insuper confirmamus dictae domui et fratribus haereditates vulgariter dictas Suleiow Bystrzyca.

villarum absolvimus a Poradlne [et aliis laboribus omnibus quibuscunque nominibus et vocabulis vocitentur, nec non][1] a Stroza, Naramb,[2] Lowoz, a solutione vaccae, ovis et pernae, a caniductoribus,[3] et pistoribus et ab omni conductu[4] [praeterquam militari, et omni jugo tributariae servitutis quocunque vocabulo censeatur. Ad castra autem firmanda, linienda vel construenda nullatenus compellantur, nec ad expeditionem aliquam earundem villarum habitatores teneantur, nisi cum gens aliqua hostiliter invaserit terram nostram; nec ad alicujus judicis audientiam provocabuntur, nisi nostram et nostri palatini et hoc cum litera nostra sigillata nostro sigillo vel domini palatini sigillo; universasque villas fratrum praenominatas ab Opole id est vicinia aliarum villarum eisdem conterminatarum volumus esse absolutas. In omnibus etiam sylvis nostris tum in lignorum sectionibus tum et in pascuis animalium praefatis fratribus ipsorumque hominibus liberam utendi concedimus facultatem. Causas autem quae inter homines eorundem fratrum conti-

1) Et aliis laboribus usque ad vocitentur, nec non desunt 2) Nareb 3) conductoribus et 4) conductu etc. quae sequuntur a „praeterquam militari... usque ad ... libere recepturi." desunt.

gerent, sive civilem sive criminalem contineant quaestionem, ipsi fratres libere judicabunt, solutiones eorundem libere recepturi, specialiter autem de hominibus, quae in villis ipsorum fratrum per eorum homines fuerint perpetratae, praefati fratres poterunt judicare, solutiones poenales a perpetratoribus libere recepturi. Hoc quoque adjicimus, ut alveum salis, quem praefatus pater noster in salis fodina Magnum Sal vulgariter vocata eisdem fratribus contulerat, libere sicut hactenus possideant et quiete.[1] Concedimus etiam dictis fratribus, quod dum lis aliqua dissensio vel enormitas qualiscunque in vicinia idest in Opole villarum dictae abbatiae facta fuerit, ab hominibus extraneis et non ab hominibus dictorum fratrum, quod pro tali facto ab alienis perpetrato castrum sive judex castri homines dictarum villarum nequeant judicare nec poenam aliquam extorquere maxime in talibus factis, ubi actores sunt camerarii castrenses sive idem judex castri. Insuper dicti fratres ubicunque vadunt vel redeunt per totum nostrum dominium vendunt vel emunt, cives[2] civitatis de Koprzywnica[3] theloneum nullum solvent (solvant), nec ab

1) et quiete etc. quae sequuntur a „Concedimus… usque ad „idem judex castri." desunt.
2) civesque 3) Copriunica

ipsis monetarii[1] ratione emptionis vel venditionis aliquid audeant extorquere[2]. Quod ut ratum et firmum in perpetuum habeatur, praesens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum[3]. Testes autem hujus confirmationis sunt Sasinus[4] comes castellanus sandomiriensis, Zegota judex curiae, Janislaus subjudex, Adam canonicus sandomiriensis ecclesiae, Gniewko[5] capellanus curiae Voislaus filius Sadkonis[6] ordinator hujus negotii. mcclxxvii Acta sunt haec Anno Domini Millesimo Ducentesimo septuagesimo septimo, Duodecimo Kalendas Aprilis.[7]

---

1) monetarii nostri sive Castrenses Camerarii 2) extorquere. Nulli ergo hominum omnino hanc nostram perpetuam donationem et perennem titulum libertatis nostrae munificentiae liceat infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatissimae ac gloriosissimae Virginis Mariae et nostram se noverit incursurum. Quod ut ratum...
3) roborari 4) Salinus 5) Gnewelis 6) Sendkonis 7) Acta sunt haec mcclxxvij Calendas Aprilis.

(Ex confirmatione Casimiri regis Poloniae data in Koprzywnica fer. 5a ante fest. S. Petri Apost. 1360 – item ex transsumpto Casimiri Jagellondis regis data Cracoviae die dominico Laetare 1456 – atque Sigismundi I data Cracoviae fer. 6a ante fest. S. Laurentii 1518 – Oblat. in actis castr. cracov. fer. 3a post domin. Exaudi 1717 Lib. Relat. Tom. 140 pag. 1184–1188 No. 387)

(Item ex transsumpto in Conventu Coprivnicensi d. 3 Julii 1693 per Notarios publicos Thomam Floriani Jarzyna Priorem Wąchocensem et Emericum Adalberti Lubotowicz Professum Andreoviensem conscripto ad requisitionem Antonii Krzesimowski Abbatis Coprivnicensis alias Clarae Provinciae, qui produxit originale privilegium pergameneum veteri charactere scriptum cum sigillo cerae impresso in funiculis sericeis diversi coloris pendente in quo Rex cum hasta stat erectus „ omni suspitionis nota carens.")

Wo imia Otca i Syna i Ducha Swiatoho Amin.
Leon Danyłowicz z Bożey łaski welyki kniaź
wsiey Ruskoi zemli hałycki, nowohradzki,
trubowolski, czerwenski, peremyslski, zwino=
hradzki i wsiey Russyi hospodar. Wsim nam
wirnym i myłym bojaram, połkownykom, sudyw=
szczym hradzkim i citomu miru chrystyańsko=
mu pozdrowlenie. Oto pryszow do nas nasz
bojar i sudywszczy hrada Peremyslskoho na imia
Jarosławycz Julianowycz Septici, syn Juliana
Pawłowycza Septicie, wnuk Pawła Meletynowy=
cza Septycia, a prawnuk Meletyna Septycia i
uprosyw nas o wydanie takoi hramoty: My Leon

Danyłowicz wsiey ruskoi zemli dajemo naszomu bojarowy i sudowszczymu hradu Peremyślskoho seła nasze Kalniafosty i monastyr Światoho Onufreja w zemli a kniaztwie naszym Samborskom buduszczym, a zemlu na seło Septice i seło Woszczańce należne do jeho otca, dida i pradida jemu i wsiey jeho potomnosty, tak zemlu na założenie seła Septyci, seło Kalnafosty i Monaster Światoho Onofreja w zemli Samborskiej na wieczne czasy wsiey jeho potomnosty daju i daruju. A ktoby nasz wełyko kniażki lyst maw złomaty, budu mał z nym sud pered Bohom. Pysało sia w lito od rożdestwa Chrysta Boha Tysiecza dwochset osimdesiatoho czetwertoho.

(Ex transsumpto Casimiri regis Poloniae dato Cracoviae d. 27 Decembr. 1458 ad preces nobilium Fiedor de Septice nec non Fedor Hlibko et Sienko germanorum nepotum nobilis Jaćko seu Hiacynthi de Septice filiorum – ubi memoratur originale in pergameno scriptum sigillo pensili munitum fuisse. – Item ex confirmatione Sigismundi Augusti regis dat. Cracoviae sabbato ante dominicam Conductus Paschae 1572 – impressum in Harasiewicz Mich: Annales ecclesiae ruthenae. Leopoli 1862. 8o. pag. 146–147)

Lesco Niger dux Cracoviensis Chadroni sive Theodoro filio comitis Swantoslai villam Latoszyn confert.

Cracoviae, anno 1287 die 14 mensis Maji.

In nomine Domini Amen. Quae geruntur in tempore, de facili evanescunt cum tempore, et de gestis hominum emergit calumnia necesse est ea apicibus literarum et testium adminiculo confirmari ad memoriam sempiternam. Notum igitur sit omnibus praesentibus et futuris, praesens scriptum inspecturis, quia nos Lesco Dei gratia dux Cracoviensis, Sandomiriensis et Siradiensis attendentes fidelia grataque servitia, quae miles Chader filius comitis Swantoslai multiformiter nobis exhibuit et impendit, volentes igitur ut fructus servitii sui [illegible] aliquis appareat, haereditatem ex integro quae nuncupatur Lathoszyn

cum venationibus sylvanis et castorum omnibus
utilitatibusque proventibus ad ipsam pertinenti=
bus dicto nobili Chadroni suisque successoribus
jure haereditario in perpetuum libere contulimus
possidendam et ut vendendi, commutandi, donandi
et in usus placitos convertendi, prout sibi suis=
que posteris utilius et melius videbitur, liberam
habeant voluntatem. Item ut homines in praedicta
haereditate manentes a servitiis ducalibus, quae
vulgariter dicuntur Prewod, Powosz ac solutio=
nibus sicuti Stawy, Powolwe, Crowa quae so=
lutionibus castellani visliciensis nec non ob=
sequio quae dicitur Bronna Stroza plerisque
aliis solutionibus integram habeant libertatem,
nec debent coram ullo judicio castrensi, palla=
tini, nisi principe aut Chadrone milite suisque
posteris respondere. Insuper eidem contulimus,
si homines in praefata haereditate residentes
aliquem inter se occidant, nemo debet eos judi=
care que talem solutionem accipere super ipsis
quae vulgariter dicitur Glowa, nisi praedictus
miles Chader quae sui successores. Ne igitur hoc
factum aliquis successorum nostrorum infrin=

gat, praesentem paginam scribi jussimus et sigilli nostri munimine roborari. Actum praesentibus his testibus Sulcone castellano cracoviensi, Petro palatino ejusdem, Andrea castellano de Woynicz, Joanne Solna (Sandomiriensi) Nicolao succamerario cracoviensi. Datum in Cracovia per manus domini Procopii cancellarii, Anno Domini M° CC° LXXX° VIIj°. II° Idus Maji.

(Oblatum feria 6a post fest. S. Priscae V. 1604 ad acta castr. cracov. per generosum Josephum Latoszyński ubi memoratur originale in pergameno scriptum munitum fuisse sigillo pensili cereo in quo effigies altaris cum cruce tum persona divi Stanislai episcopi calicem tenens, altera persona genibus flexis ex una parte sigilli, ex altera vero Aquila insculpta apparebat. – Lib. Relat. Anni 1604 Tom. 31)

Lescus (Niger) Dux Cracoviae militi
Ceder filio comitis Sventoslai
donat haereditatem Latoszyn

Cracoviae, anno 1287 die 14 mensis Maji

In nomine Domini, Amen. Notum igitur sit omni=
bus

Nakielski
Miechovia
pag: 41.

13 wiersz

Premislaus dux Poloniae Jeschoni et Hismboldo fratribus privilegium super locatione civitatis Wieliczka ~~dat~~ per Henricum ducem Silesiae et Cracoviae datum, confirmat.

Cracoviae, anno 1290, die 25 mensis Julii.

In nomine Domini Amen. Dum littera vivit et actio commissa litterae cujus assertio nutrit memoriam et roborata suscipit incrementa. Igitur nos secundus Przemysl dei gratia Poloniae et Cracoviae dux notum facimus universis tam praesentibus quam futuris praesentem paginam inspecturis: quod Jescho et Hysmboldus venientes in nostra nostrorumque baronum praesentia nobis super locatione civitatis de Magno Sale incliti principis fratris nostri charissimi Henrici dei gratia quondam ducis wratislaviensis Cracoviae et Sandomiriae privilegium ostenderunt in haec verba:

Nos itaque Henricus dei gratia dux Slesiae Cracoviae et Sandomiriae praesentibus profitemur

quod Jeschoni et Hysmboldo fratribus dedimus civitatem nostram in Magno Salè jure franconicō collocandam: dantes ipsis ratione locationis ibidem quatuor mansos magnos liberos pro pascuis pecorum praeter fundum civitatis, omnia macella carnium, scampna panum et sutorum, stubas quoque balneares quotcumque pro ipsorum utilitate poterunt edificare, tertium denarium de judicio et sextam curiam in civitate carnificum ectiam sive curiam in qua pecora mactabuntur; haec omnia cum suis posteris in perpetuum libere possidebunt, adicientes ipsis de gratia speciali, ut quicumque vel cujuscumque conditionis fuerit sive status, qui intra spatium medii milliaris in circuitu distantis a dicta civitate suas locare voluerit villas, jure theutonicō quod dicti Jescho et Hysmboldus jus suae locationis in eisdem bonis debeant obtinere. Insuper damus eisdem Jeschoni et Hysmboldo, ut nullus macella carnium, scampna panum vel sutorum, sive stubas balneares edificare debeat civitate in praedicta absque praedictorum Jeschonis et Hysmboldi voluntate pariter et assensu: Ut igitur ad dictam nostram civitatem ardentius homines confluant ad manendum: damus et concedimus in ibi commorantibus ab omnibus solutionibus, exactionibus et servitiis a data praesentium quinque anno-

rum plenam et omnimodam libertatem: volentes nihilominus, ut dicta civitas civitatisque incolae ab omnibus angariis et perangariis juris polonici, videlicet a Naraz, a Pouoz, a Preuod, a Poduorove, a Stroza, ab Opolije, a boue, a vacca et a castri citatione vel quocunque nomine censeantur, immunes permaneant in perpetuum et exempti.

Nos igitur statuta fratris nostri pio prosequentes affectu et statum terrae nostrae in melius reformare cupientes, dictam donationem et locationem Jeschoni et Hysmboldo et eorum successoribus jure hereditario in perpetuum confirmamus. Et ut praedicti fratres scilicet Jescho et Hysmboldus etiam per nos aliqualiter consolentur, pensantes ipsorum servitia gratuita et eorum perditionem circa praedictam civitatem in melius reformare cupientes, adjecimus eis de gratia nostra speciali et eorum posteris perpetuo omni septimana bancum salis de zuppa liberum sive vendendi, seu etiam quocumque libet deducendi, et haereditatem Goreth vulgariter nuncupatam praefatae civitati contiguam pro agricultura cum pratis et omnibus pertinentiis ipsis et ipsorum succedaneis sine omni exactione et servitio conferrimus in perpetuum libere possidendam: ac etiam volumus, ut incolae praedictae civitatis per aquam et terram Cracoviae et Sandomiriae transeuntes ab omni exactione thelonei penitus sint exempti. Insuper volumus ut sectores salis et coctores praedicti loci coram judicibus praelibatae respondeant civitatis. Ut autem nostra confirmatio pariter et donatio per=

petuo immobilis perseveret, praesentem paginam nos=
tri sigilli munimine duximus confirmandam; Prae=
sentibus his testibus: comite Nicolao palatino craco=
viensi, comite Wlostone, comite Stogneo venatore calisien=
si, comite Advocato Alberto cracoviensi, Gerasio cive cra=
coviensi et aliis quam plurimis fide dignis. Datum
Cracoviae, Anno domini Millesimo ducentesimo no=
nagesimo, per manus Gisleri notarii cracoviensis
in die beati Jacobi apostoli.

(Ex confirmatione Sigismundi I reg. Pol. data
Cracoviae feria 5ª ipso die Omnium Sanctorum
1515 — atque ex manuscripto Codice privile=
giorum civitatis Wieliczka per Felicem
Lovicensem a. 1552 exarato, pag. 1-4)

Vladislaus Locticus dux Sandomiriae comiti Clementi, filio Laurentii villam Zasów donat.

Leloviae, anno 1291.

In nomine domini, amen. Humani generis acciones perpetua memoria indigentes, plerumque de hominum noticia dilabuntur, que scripturarum seu testium munimine non renonavantur. Igitur nos Wlodislaus dei gracia Dux Sandomiriensis, Lucaviensis et Syraziensis, ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum volumus pervenire: Quod nos intuentes fidele servicium et utile Comitis Clementis filij Comitis Laurencij, non deficta nostra voluntate damus sibi et suis successoribus villam, que Zasow vulgariter nuncupatur, cum omnibus adiacentiis et pertinenciis seu proventibus et serviciis et venacionibus, jure hereditario perpetuo contulimus possidendam; prefatam villam ab omnibus exaccionibus absolventes, que nostro dominio dinoscuntur pertinere. In cuius rei memoriam et evidenciam pleniorem, presentes conscribi fecimus, et sigilli nostri munimine duximus roborandas. Presentibus hiis testibus: Comite Suentopelcone Palatino Cracoviensi, Comite Ottone Palatino Sandomiriensi, Castellano Sandomiriensi, Comite Sbygnevo Castellano Syraziensi,

Comite Jacobo Venatore filio Spicimiri, et aliis quam plurimis fide dignis. Datum aput Lelow anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo primo. Scriptum per manus Dominici Scriptoris curie.

oryginał na pergaminie w bibliotece Zamoyskich w Warszawie, pieczęć woskowa na sznurze jedwabnym z nitek białych zielonych, fioletowych i czerwonych. Pieczęć xięstwa kujawsk. osadzk. t. j. połowa złączona wzdłuż z pół lwa stojącego, napis „+ S........ adie."

Rzyszczewski Cod. I p. 142.

Gregorius comes de Beregh officialis Leonis ducis haliciensis compositionem inter fratres Sapranum, Salamonem, Stephanum, Zuardum atque fratres Ladislaus et Donch factam confirmat.

In Lupret-Nana, anno 1299 die 1 mensis Maji.

Nos Gregorius comes de Beregh, officialis Leu ducis Ruthenorum et quatuor judices nobilium de eadem damus pro memoria: quod in octavis beati Georgii martyris Sapranus, Salomon et Stephanus et Zouard frater ipsorum ab una parte coram nobis personaliter constituti, Ladislaus et Donch filii Thomae ex altera, sana mente, spontaneaque voluntate, utrarumque partium compositiones, omnes causas, usque nunc inter ipsos ventilatas seu peractas, mediantibus nobis et aliis probis viris in pacis unionem taliter devenerunt: quod ipsas causas inter ipsos ventilatas cassationi reddiderint et sedari fecerint tali obligatione interjecta, quod si qui ex ipsis causas supradictas suscitare niterentur, super quibus in pacem devenerunt, seu Ladislaus et Donch frater suus, seu alius ex cognatis suis ac Sapranus et fratres sui

ante litis ingressum centum marcas solvere teneantur.
Datum in Lupret Nana in octavis supra dictis.
Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo
nono.

(cum quatuor sigillis pendentibus)

Vladislaus Locticus dux Cracoviae Martino filio Sbignei villam Wieruszyce donat.

Cracoviae anno 1306, die 15 mensis Maji.

In nomine Domini Amen. Quod magnifica prin=
cipum decrevit authoritas, ratum debet atque
stabile permanere. Proinde nos Wladislaus Dei
gratia dux Cracoviae, Sandomiriae, Cujaviae, Lan=
ciciae ac Siradiae notum facimus universis tam
praesentibus, quam futuris praesentem paginam
inspecturis, quod inspectis fidelibus servitiis,
quae nobis Martinus filius Zbignei multipli=
citer exhibuit et semper exhibere est paratus,
damus et conferimus sibi et suis legittimis
successoribus haereditatem nostram dictam Wie=
rusice, jure haereditario in perpetuum possidendam

cum omnibus utilitatibus quae nunc sunt vel in futurum poterunt exoriri, videlicet cum pratis, sylvis, rubetis, molendinis, aquis et cum aliis fructibus omnibus, quae intra limites dictae haereditatis poterunt inveniri. Liceat itaque dicto Martino et suis successoribus eandem haereditatem Wierusice dictam vendere, donare, commutare et quocunque alio titulo a se alienare. In cujus rei evidentiam pleniorem praesentes conscribi jussimus et nostri sigilli munimine roborari, Praesentibus his testibus comite Nicolao palatino cracoviensi, comite Petro castellano de Malogosth, comite Novogio filio Sulconis, Alberto dicto Nosdrak, Petro filio Janconis de Sokolino et Stanislao capellano nostrae curiae, qui hoc privilegium scripsit et aliis quam plurimis fide dignis. Datum in Cracovia, Anno Domini M. CCC. VJ. in octava Sancti Stanislai ~~et~~ episcopi et martyris.

(Oblatum per nob. Nicolaum Mirosz ad acta castr. cracov. fer. 4a post fest. S. Mathiae apost. 1631, ubi memoratur originale cum sigillo ducali pensili cereo munitum fuisse. Libr. Relat. A. 1631 Tom. 55.)

data fałszywa

Casimirus Magnus rex Poloniae Henrico de Cieszyn confert potestatem locandae villae Krolowka jure theutonico.

1317(?)

Cracoviae, anno 1311 (?) d. 24 mensis Julii.

In nomine Domini Amen. Quod magnificia regum fieri decrevit authoritas, ratum atque stabile apud posteros debet permanere. Igitur nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres notum facimus tenore praesentium quibus expedit universis: quod cupientes utilitates regni nostri per extirpationem sylvarum nostrarum in terra cracoviensi et per locationem novalium thesauri nostri regalis augere volentes,

ex nunc discreto viro Henrico de Lieszyn damus ad locandum novam villam quae suo nomine dici debeat Krolowa wola jure theutonico quod maydeburgense dicitur, sexaginta mansos franconicos plenam et omnimodam concedimus potestatem dantes eidem Henrico et suis legitimis successoribus perpetuo scultetiam cum potestate cum omnibus juribus ac pertinentiis infrascriptis appropriamus et incorporamus habendam, tenendam, possidendam donandam commutandam ac pro sua suorumque successorum voluntate libere quomodolibet convertendam, prout sibi et suis posteris melius utilius et convenientius videbitur expedire. Ratione cujus locationis praedicto Henrico et suis legittimis successoribus hos redditus assignamus: videlicet quatuor mansos liberos, sex hortos, tabernam vel tabernas, molendinum vel molendina, piscinam vel piscinas quas vel quae infra limites dictorum sexaginta mansorum scultetus praedictus facere seu locare poterit, cameras pannorum, omnia macella carnium, panum, sutorum et unum balneum, sextum

denarium de censu, tertium de qualibet re ju=
dicata ad id ipsum volumus pertinere. Quae
omnia idem Henricus cum suis haeredibus libe=
re et pacifice possidebit. Et nihilominus adjun=
gimus ecclesiae parochiali ibidem duos mansos
liberos et unum mansum pro pellendo grege
quae Skotnica vulgariter dicitur. Praeterea exi=
mimus scultetum et omnes inhabitatores villae
praedictae cujuscunque status seu conditionis
existant, ab omnibus juribus, jurisdictionibus
omnium castellanorum, palatinorum, judicum,
subjudicum officialium regni nostri et ministe=
rialium ipsorum ita quod coram ipsis vel eorum
aliquo citati pro quibuscunque causis tam magnis
quam parvis puta furti, sangvinis, homicidii,
incendii membrorum mutilationis et aliis mi=
nime respondere aut aliquas poenas solvere
tenebuntur, sed tantum cmethones et incolae
non alias nisi coram suo sculteto, scultetus
vero coram nobis aut judicio nostro in castro
cracoviensi, dum tamen per literam nostram
sigillo nostro munitam evocatus fuerit, tunc

de se querulantibus jure theutonico maydeburgensi respondere tenebuntur. In causis vero crimi=nalibus superius expressis sculteto haereditatis praefatae judicandi, sententiandi, condemnandi et puniendi, prout ipsum jus theutonicum pos=tulat et requirit, plenam et omnimodam con=cedimus potestatem. Praeterea ut dicta villa Krolowa wola vulgariter nuncupata eo citius valeat collocari, exnunc omnibus et singulis incolis ibidem locandis, ab omnibus nostris solutionibus et collectis, contributionibus, de=pactationibus a Sep vecturis, conductionibus laboribus castrorum nostrorum, angariis, prae=angariis universis quocunque nomine cense=antur a data praesentis intra viginti annos immediate subsequentes omnimodam concedi=mus libertatem. Qua expirata incolae dictae villae de quolibet manso novem scotos usu=alis monetae nobis et nostris successoribus, pro decima vero, ad quem de jure pertinebit, per sex scotos latorum grossorum in festo sanc=ti Martini confessoris singulis annis perpetuis

temporibus solvere tenebuntur. Caeterum excipi=
mus pro nobis tria judicia magna, quae ter in
anno fieri consueverunt, ad quae nuntium nos=
trum destinabimus illic praesidere, in quibus
tria prandia, videlicet scultetus unum, cme=
thones vero duo praedicto nuntio nostro aut
unum fertonem singulis annis solvere sint
adstricti. Insuper addimus Henrico sculteto
praedicto et suis legitimis haeredibus libere
ac benevole venari et piscari infra limites hae=
reditatis praefatae, etiam honores quos aliae
villae jure theutonico locatae in festis mo=
bilibus puta in die Paschatis et Assumptio=
nis Beatissimae Mariae dare consueverunt,
nobis etiam et nostris successoribus dabunt
atque solvent. Volentes hoc expresse, quod
dictus scultetus et sui successores de eadem
scultetia ad expeditionem generalem in equo
cum balista nobis et nostris successoribus per=
petuis temporibus servire tenebuntur. Demum
excipimus et liberamus scultetum et cmetho-
nes suprascriptos per totum regnum nostrum

quocunque cum rebus ipsorum aut mercibus ierint, a solutionibus quorumlibet teloneorum in totum liberos facimus et exemptos. In quorum omnium testimonium et evidentiam clariorem praesentem literam sibi dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Actum Cracoviae in vigilia sancti Jacobi Apostoli gloriosi, Anno Domini Millesimo Trecentesimo undecimo, Praesentibus nostris fidelibus Pacoslao castellano, Navagio palatino cracoviensi, Petro castellano sandomiriensi, Petro tribuno et aliis multis fide dignis. Datum per manus magnifici Francisci cancellarii aulae nostrae regiae.

mythka w dacie

Pacoslaus. cast. crac
1317-1319
Navagius palat sandom
1317
Petrus cast sandomir
1317-1329
1336-1342
Franciscus cancel 1317.

(Ex confirmatione Sigismundi Aug:
regis data Lublini in conventione
regni generali fer. 2a post domin.
Oculi 1569 ubi memoratur, quod pri=
vilegium originale locationis in per=
gameno cum sigillo appenso deperdi=
tum, ~~[illegible]~~ copia vero ex libris consu=
laribus Casimiriensibus descrip=
ta sit. – Confirmatum iterum per Si=
gismundum III Varsaviae d. 5 Julii
1628 et per Augustum II Varsaviae
d. 30 Octobris 1725 ad preces subdito=
rum villae Krolowa wola seu Kro=
lowka in palatinatu cracov. – Oblat.
ad acta castr. crac. fer. 3a ante fest.
S. Priscae 1726 per Andream Al=
cienski parochum pogwizdoviensem
Libr. Relat Ann. 1726. Tom. 150 pag.
141–145 Nro 45)

(Ten sam przywilej z mylną datą 1311 oblat in
Act. consul. casimir. a. 1540 Tom Nro 756)

Vladislaus Locticus dux Cracoviae Janussio Albo carnifici Sandecensi villam Rajbrot jure theutonico locare permittit.

In Nova Sandecz, anno 1318, die 6 mensis Januarii.

In nomine Domini Amen. Ideo dicta legittime conscribuntur, ne succeshione posterorum calumpniose valeant irritari. Nos igitur Wladislaus Dei gratia dux Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cuyaviaeque, nec non haeres terrarum regni Poloniae notum esse volumus universis tenorem praesentium habituris: Quod utilitates nostri principatus peramplius dilatare cupientes, ut per hoc aliquod commodum possimus reportare: provido viro ac discreto Janussio Albo carnifici de civitate Sandecensi silvam nostram

jacentem in fluvio Vschva supra ac infra ac a la=
teribus hinc et inde centum quatuor mansos Mayde=
burgenses continentem, in via quae ducit ab hae=
reditate dicta Cresice in Bochnam indulsimus
jure theutonico Meydeburgensi, quo civitas San=
decz est locata locandam, quibuslibet juribus, con=
svetudinibus polonicalibus, angariis et peranga=
riis procul motis, quae jus praefatum perturbare
consveverunt, decernentes ut ex laneis ad Scul=
tetiam quatuor pro expulsione pecorum quod
ad Scothnijk vulgariter nuncupatur, quatuor, pro
dote vero ecclesiae duos a qualibet solutione no=
bis et ducatui facienda, penitus libera et soluta
debeant haereditarie pertinere. In qua quidem lo=
catione seu nova plantatione haereditatis inibi
Janussio supradicto et ipsius posteritati sculte=
tiam cum molendinis, piscinis, tabernis, mensis
panum et sutorum ac carnificum, macellis, stuba
balneari et universis utilitatibus quae scoltetiae
jure Meydeburgensi dinoscuntur pertinere, quot=
quot possunt ibidem construi aut locari, nec non
et tertio denario judicii jure haereditario damus,
tradimus et conferimus in perpetuum possidendam
absque aliqua solutione inde nobis facienda. Statuen=
tes ut Kmethones qui locati fuerint in silva supra=

dicta in omnibus causis magnis et parvis in omnem
eventum judicii non aliter nisi scultetus memoratus
et sui successores judicaret, et non aliter nisi secundum
quod Jus Meydeburgense exigit et requirit, judicio et
jurisdictione palatinorum, castellanorum et judicum
non obstante, coram quibus dicti Kmethones et scul=
tetus non tenebuntur respondere causa in quacun=
que. Sane scultetus citatus nostra litera, sigillo ta=
men nostro consignata ad instantiam alicujus co=
ram nobis tantum comparebit suo jure teutonico
de justitia responsurus. Ceterum si quemcunque
ex Kmethonibus supradictis ad examen nostri
judicii contingerit provocare, non alio nisi jure
teutonico ipsum permittimus judicare: Nihilominus
tertio denario judicii sculteto reservato. Demum Kme=
thones supradictos per totam nostram terram quo=
cunque cum rebus ipsorum aut mercibus ierint
una cum sculteto absolvendo quomodolibet theloneo=
rum in totum liberos facimus et exemptos. Ut au=
tem silva praedicta eo melius possit funditus extir=
pari cuilibet Kmethoni a tempore quo se locaverit a
solutione nostri census spatio viginti annorum con=
cedimus omnimodam libertatem: qua expirante, de
quolibet manso octo scoti monetae usualis annuatim
persolventur, sexto denario ejusdem census memorato
sculteto et ipsius posteritati reservato, quem percipere
debent perpetuo valiturum, cum universis utilitatibus

scultetiae pertinentibus jam notatis. Admittimus etiam scultetis, qui ibidem fuerint, sculteciam alteri vendendi, donandi, commutandi et quolibet modo in aliam personam transferendi pro libito ipsorum voluntatis. Ad cujus rei evidentiam pleniorem praesentibus nostrum sigillum duximus appendendum. Actum apud Sandecz Novam Civitatem Anno Domini M° CCC° decimo octavo, in die Epiphaniae, Praesentibus his testibus: comite Pacosio castellano Cracoviensi, Navogio palatino, Petro castellano Sandomiriensi, Mathia procuratore nostro. Per manus magistri Francisci cancellarii cracoviensis.

(Oblat. fer. 3a post domin. Misericordiae 1456 ad acta castr. cracov. per Stanislaum filius Sculteti de Raybroth; ubi memoratur litera haec juris haereditarii sculteciae in Raybroth super fluvium Uszew in via quae ducit de Strzeszyce in Bochniam, scripta fuisse in pergameno cum sigillo magno in serico appenso. — Lib. inscript. castr. Tom. 10.)

Navogius Palatinus Sandomiriensis Sandconi camerario suo facultatem locandi jure Theutonico villam Przeginia in silva Tenczyno concedit.

Cracoviae, Anno 1319, die 17 mensis Maii.
(Cum confirmatione Stanislai Comitis in Tenczyn Palatini Cracoviensis data Cracoviae A. 1556 d. 14 m. Julii.)

Stanislaus Comes in Thanczin Palatinus Cracoviensis, Lublinensis, Belzensis, Urzandoviensis etc. Capitaneus, notum facimus literis praesentibus universis et singulis quorum interest, praesentibus et futuris, exhibuisse coram nobis honestum Martinum Fridel advocatum seu scultetum haereditarium in villa nostra haereditaria Thanczinek privilegium sanum, salvum et nulla in parte violatum, nullaque suspicionis nota notatum, per magnificum olim dominum Navogium Palatinum Sandomiriensem antecessorem nostrum cuidam Sandchoni sculteto olim ejusdem villae concessum; quam sculteciam cum hic ipse Martinus Fridel ab honestis Felice

Felice et Alberto Godkowie fratribus germanis praedictae sculteticae haeredibus legittimis nostra voluntate paulo ante emisset, supplicavit nobis ut illud ipsum privilegium et emptionem praedictam confirmare et ratificare dignaremur. Quarum quidem literarum tenor sequitur et est talis:

In nomine Domini Amen. Quia omnium habere memoriam et penitus in nullo peccare, divinitatis magis quam humanitatis et (est) fragilitatis conditionis humanae remedium solerti providentia sibi reperit, in quo summi deficit opificis voluntati: igitur ne gesta mortalium in posteros propaganda a memoria elabantur, assolent scripto testium, scriptique testimonio perhennari. Proinde tam praesens aetas noverit quam futura, quod nos Nanoijus Palatinus Sandomiriensis etc. nostra bona in usus meliores cupientes commutare, ac etiam inspectis fidelibus servitiis discreti viri Sandchonis nostri fidelis camerarii, quae nobis multipliciter exhibuit et adhuc in posterum tenebitur exhibere, sylvam nostram in Pregina iure haereditario nos tangentem, Thančino vulgari nomine nominatam, de mera ac libera voluntate, consilioque salubri indulsimus et concessi-

mus extirpandam, ac ibidem villam iure Theu=
tonico, quo civitas utitur quae Novum forum
in Silesia nuncupatur, collocandam

Navojus palatinus sandomiriensis Sandoni camerario concedit facultatem locandi jure teutonico villam Przeginia.

Cracoviae 1319, die 17 mensis Maji.

In nomine Domini Amen. Quia omnium habere memoriam et penitus in nullo peccare divinitatis magis, quam humanitatis (est) et fragilitatis conditionis humanae remedium sollerti providentia sibi reperit (requirit?) in quo summi deficit opificis voluntati. Igitur ne gesta mortalium in posteros propaganda a memoria elabantur assolent scripto testeum, scriptique testimonio permennari. Exinde tam praesens aetas noverit quam futura, quod ~~Proinde~~ nos Navojius palatinus Sandomiriensis etc. ?

Nostra bona in usus meliores cupientes commutare, ac etiam inspectis fidelibus servitiis discreti viri Sandonis (ch), nostri fidelis camerarii, quae nobis multipliciter exhibuit et adhuc in posterum tenebitur exhibere, sylvam nostram in Przegini(a) jure haereditario nos tangentem Trzeincio (ha) vulgari nomine nominatam, de mera ac libera voluntate, consilioque salubri indulsimus et concessimus extirpandam, ac ibidem villam jure teutonico (Th), quo civitas utitur quae Novum forum in Sylesia nuncupatur, collocandam Etc.

Insuper Si quis hominum propter aliquod (crimen) commissum in villam praedictam affugerit, sine cujusvis impedimento, duabus septimanis tranquillitate pacis domini ducis Cracoviensis et nostra perfruetur. Actum publice Cracoviae Anno MCCC°XIX in die Ascensionis Domini (nostri Jhesu christi); Praesentibus (his) Comite Adam Judice cracov(ien). Comite Petro vexillifero Cracovien. Comite Petro Judice de Polonia, Nicolao Krzywosad (Crawosandonis), Gregorio de Pisari, Johanne Ottonis, Stanislao capellano de Moravicia. Datum per manus domini Venceslai capellani domini Navoij palatini Sandomir. et aliis fide dignis quam plurimis et honestis.

(Ex opere typ. impress. Bart: Paprocki:
Herby rycerstwa polsk. pag. 15.)

Nicolaus et Gewardus sculteti de Przeclawice unum mansum cum dimidio in villa Przeclawice vendunt Kochano.

Miechoviae, Anno 1322 die 25 mensis Maji.

In nomine Domini Amen. Quae geruntur sub tes-
timonio bonorum hominum ne posteritatis calum-
nia perturbentur, perhennari solent testimonio
literarum vel sigilli appensione. Proinde notum
sit universis praesentibus et futuris ad quorum
conspectum praesens cartula devoluta fuerit: quod
nos Nicolaus et Gewardus sculteti de Przeds-
lawicz, praehabita mera et sana deliberatione, ad-
hibitoque maturo et salubri consilio proborum vi-
rorum ~~[illegible]~~ vendidimus Cochano suisque legit-
timis successoribus dimidium alterum mansum
liberum de qua agricultura censum non solvent

sed eo jure et libertate hac jam dictum mansum cum dimidio ~~in~~ perpetuum possidebit quo et nos laneos nostros liberos possidemus cujus agricultu= rae unus laneus est contiguus agris Jacobi ne= potis nostri et medius laneus retro fluvium dictum Sreniawa cujus medii lanei finis se protendit ad agros villae Scepanowicze, tali videlicet condi= tione interposita, quod praefatus Cochanus debebit nobiscum equitare ad expeditionem in suo equo et propriis expensis nobiscum officium famula= tus impendendo; praeterea prandium unum quod sculteti tenentur dare domino suo propter mag= num judicium semel in anno praesens memora= tus Cochanus cum suis successoribus nobiscum per medium in expensis seu in pecunia prout nos valuerimus placitare jam dictum prandi= um tenebitur nobiscum per medium comportare seu comparare. Damus insuper sepius memorato Cochano suisque successoribus legittimis prae= dictum mansum cum dimidio liberam voluntariam omnimodam facultatem vendendi, commutandi donandi, concedendi vel quocunque modo a se

alienandi nihilominus ad hoc nostro consensu ac
consilio requisito, excepto quod praefatus Cochanus
nulli personae spirituali aut alicui cuipiam mili-
ti praefatam agriculturam vendere praesumat. Ut
autem haec venditio per nos facta stabilis ac so-
lida in aevum perseveret, praesentem cartulam
sibi suisque legittimis successoribus fecimus
conscribi et nostri sigilli appensione communiri.
Actum et datum apud Miechoviam in die beati
Urbani sub anno incarnationis domini M.CCC.XXij°.
praesentibus idoneis viris infrascriptis Hugo-
ne antiquo domino, Vilhelmo filio ejus, Stanis-
lao filio Adae, Thobia, Johanne Sopela, Godfri-
do Hugonis, Jacobo nepote nostro ibidem in
Przedslawicze et aliis quam plurimis viris fide
dignis scripto tenus non expressis.

(Oblat. fer. 5a post domin. Misericordiae
1613 ad acta castr. crac. per honestum
Simonem Gurdziel et Andream scultetos
de villa Przedslawice ex originali in
pergameno cum sigillo pensili cereo.
Libr Relat. Anni 1613 Tom 39 pag. 865 Nr 645)

28 maj

Vladislaus (Locticus) rex Poloniae confirmat commutationem Spicimiri palatini cracoviensis haereditatis suae Dębiany cum Leonardo filio ~~Der~~ Derslai pro dimidia parte villae Tarnow.

Cracoviae, anno 1327, die 21 mensis Maji.

Cum

In nomine domini Amen. Comutaciones ordinaciones et resignaciones robur obtinere nequeant firmitatis, si consensu regum seu principum et litterarum testimonio non fuerint roborate. Proinde Nos Wladislaus dei gracia rex Polonie, nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Lancicie, Cuyauie, Syradieque dominus et heres. Ad noticiam tam presencium quam futurorum volumus deuenire, quod fidelis noster Spicimirus palatinus cracouiensis in nostra nostrorumque baronum constitutus presencia corporali sanus mente et in obtima corporis sui valitudine non coactus sed sponte hereditatem suam Dambani vulgariter dictam cum porcione quam ybidem habent dominus Nankerus et Petrus filii Stognei nomine comutacionis cum omnibus utilitatibus prouentibus usufructibus et toto dominio prout solus tenuit et possedit prout in suis terminis gadibus et limitibus circumferencialiter est distincta,

fideli nostro Leonardo filio Dirzislai pro dimidia parte hereditatis Tharnow jure hereditario in perpetuum dedit edidit et libere resignauit nichil penitus juris siue dominii ybiidem pro se uel suis legittimis heredibus seu successoribus ybidem reseruando. Nos vero precibus ipsorum ex utraque parte benignis inclinati prefatam comutacionem et resignacionem ratam et gratam habentes, ad quam hereditatem ipse Spicimirus palatinus prefato Leonardo quadraginta marcas grossorum addidit, sepedicto Leonardo et suis legittimis heredibus ac successoribus jure hereditario ipsam hereditatem Dambani possidendam, vendendam seu comutandam sicut eis utilius et melius expedire videbitur in perpetuum presentibus confirmamus. In cuius rei testimonium presentem paginam conscribi fecimus et sigillo nostro roborari. Actum apud Cracoviam, XII° Kalendas Junij Anno domini M°. CCC°. vicesimo septimo, Presentibus hiis nobilibus nostris, Nawogio castellano, Sbigneo preposito, Nycolao subcamerario cracouiensibus, Sandone judice sandomiriensi, Petro Nosal vexillifero Cracouiensi et aliis multis fide dignis. Datum per manus Petri prepositi sandomiriensis et vicecancellarij curie nostre.

(Druk. w Dryszczewski: Kodex III p. 184. N°. 81 - gdzie o pieczęci mówi: funiculi jam nullius coloris)

(Oryginał na pergaminie z pieczęcią oderwaną z której tylko sznurek amarantowy jedwabny pozostał.)

(W zbiorze księcia Sanguszki w Gumniskach)

Vladislaus (Locticus) rex Poloniae Spicimiro palatino cracoviensi villam Parvum-Tarnowiec donat eandemque villam simul cum altera adjacente ~~...~~ Magnum-Tarnow dicta de jure polonico in jus teutonicum transfert. Visliciae, anno 1328, die 24 mensis Aprilis.

In nomine domini Amen. Largitas regum seu principum multipliciter comendatur, si ex grata donacione confirmacio beniuola subsequatur, Nos igitur Wladislaus dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Cuyauieque dux et heres, Ad noticiam tam presencium quam futurorum uolumus deuenire, Quod attendentes et considerantes grata ac fidelia seruicia que nobis fidelis noster comes Spicimirus palatinus cracouiensis multipliciter exhibuit et adhuc in futurum animo diligenti paratus est exhibere, et ut ipsum ad nostra seruicia redderemus prompciorem, sibi et suis legittimis heredibus ac successoribus villam siue hereditatem nostram paruum Tharnowecz vulgariter dictam in districtu ciuitatis Woynicensis iuxta villam ipsius Spicimiri magnum Tharnow situatam, jure hereditario cum omnibus utilitatibus prouentibus et toto dominio

prout personaliter tenuimus damus conferimus in per=
petuum possidendam, vendendam seu commutandam si=
cut eis utilius et melius uidebitur expedire. Vt autem
predictus Spicimirus palatinus eo melius et facilius
ipsas ambas hereditates magnum et paruum Tharnow
cum suis legittimis heredibus locare et possidere ua=
leat eas ex nunc de iure polonico in jus theutonicum
scilicet Noui fori quod Sredense vulgariter nuncupa=
tur presentibus duximus transferendas remouentes
ibidem omnia iura polonicalia. sicut Sep, Stan, Na=
rzaz, Pouolowe, Vacca, Oue, Opole, Stroza, Podworowe,
Prewod et alia singula seruicia angariciones et pre=
angariciones quecumque sunt aut quocumque nomine
censeantur que jus theutonicum consueuerunt per=
turbare, sic quod praefatus Spicimirus cum suis
scultetis et uillanis in ipsis villis nullo alio ju=
re quam suo theutonico prenominato in causis
capitalibus, decollandi, suspendendi, mutilandi, et
in alijs omnibus magnis seu paruis libere et pa=
cifice imperpetuum perfruentur. Absoluentes ipsos
eciam scultetos et villanos specialiter ab omnibus
jurisdicionibus et potestatibus, castellanorum,
palatinorum, judicum, subiudicum et omnium
aliorum officialium, ita si unquam ad presenciam
eorum pro quacumque causa citati fuerint, mini=
me respondebunt, nisi dum per litteram sigillo
nostro sigillatam ad nostram presenciam fuerint
euocati extunc coram nobis vnicuique querulanti

non alio jure quam suo sepedicto thewtonico tenebuntur respondere. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem presentem paginam conscribi fecimus et nostro sigillo roborari. Actum apud Wisliciam in die beati Georij martiris. Anno domini M°C°C°C° vicesimo octauo, presentibus hijs nobilibus nostris, venerabili (venerando) in Christo patre domino Johanne episcopo cracoviensi, Nauogio cracouiensi, Petro sandomiriensi castellanis, Motuyo judice, Pelka pincerna, Nicolao subcamerario cracouiensibus ac aliis multis fide dignis. Datum per manus domini Sbigneij prepositi et cancellarij cracouiensis.

(Oryginał na pergaminie z pieczęcią wiszącą na amarantowym jedwabnym sznurku, woskowej białej na której duży orzeł polski, połamanej)

(W archiwum x. Sanguszki w Gumniskach.)

(Druk w Rzyszczewski: Kodex. III p. 185 No 82 bez opisu pieczęci)

Wladislaus (Locticus) rex Poloniae commutationem agrorum in villa Marszowice per Johannem Belecz cum Mathia canonico Cracoviensi pro campis in villa Goszcza sitis factam approbat.

Cracoviae, Anno 1328 die 29 mensis Maii.

Nos Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae tenore praesentium protestamur: quod miles noster Johannes Belecz coram nobis personaliter constitutus, expresso consensu fratris sui Martini ad hoc accedente, agros quos habuit in Marszowice versus Goszczam a prato quod dicitur Lupiglow Vincentii militis de Luczyce et alios agros quos habuit a ponte super fluvio Goszcza ex utraque parte viae quae ducit versus Scarbimiriam usque ad primum rivulum et pratum quod habuit in Blone, honorabili viro domino Mathiae canonico et officiali Cracoviensi, qui a Capitulo Cracoviensi villam Goszczam obtinebat, pro campo mag=

no et duobus parvis, qui iacent circa fluvium Gosz=
czam ex opposito villae Marszowice ac pratis ibi=
dem iacentibus perpetuo commutavit, dictorum=
que agrorum et pratorum eidem domino Mathiae
possessionem assignando, petens dictam commu=
tationem nostra authoritate et literis roborari.
Nos vero eius precibus annuentes, ut praedicta
commutatio firma et stabilis permaneat, eam
praesentibus literis confirmamus eas in testimo=
nium et evidentiam praemissorum nostri sigilli
charactere munientes. Actum Cracoviae, Anno
Domini Millesimo Trecentesimo vigesimo octa=
vo, in die Sanctae Trinitatis, Praesentibus
his testibus domino Sbyscone cancellario nostro,
Petro castellano Sandomiriensi dicto Gelito, Ni=
colao de Bogoria succamerario Cracoviensi,
Mscizycneo milite de Srora dicto Czeley, Kozeslao
et Mscizycneuo fratribus militibus de Mikulowice.

(Z odpisu z XVII wieku – Oryginał
pergaminowy w Archiwum Katedr.
Krak.)
(Nr. 7657.)

ns et duabus, quod qui iacent supra [illegible]
nam ex opposito villae Warszowa [illegible]
lem iacentibus per eius commutacionem [illegible]
qua agrorum et pratorum [illegible]
appertinencia asignando potens habere [illegible]
tationem nostra auctoritate et [illegible]
dos jure suis prout ad annuentes [illegible]
commutationem firma et stabilia [illegible]
praesentibus literis confirmamus [illegible]
nium et evidentiam praemissorum [illegible]
bracteare munientes. Actum Cracoviae [illegible]
Domini Millesimo Trecentesimo [illegible]
vo in die Sanctae Trinitatis Praesentibus
his testibus domino Zbygneo cancellario [illegible]
Petro castellano Sandomiriensi dicto [illegible]
[illegible] de Bogoria succamerario [illegible]
[illegible] milite de [illegible]
et Margonis [illegible]

Wladislaus Locticus Rex Poloniae Hermano vitreario confert potestatem locandae ville Szklary.

Cracoviae, anno 1329, die 13 mensis Novembris

In nomine Domini Amen. Tunc calumniae via praecluditur et omnis ambiguitas tolli solet, cum id quod agitur et debet perpetuo permanere confirmatione regum seu principum et literarum testimonio roboratur. Proinde nos Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Lanciciae, Cuiaviaeque dominus et haeres, ad notitiam tam praesentium quam futurorum volumus devenire: quod proventus et utilitates nostras regales multiplicare cupientes, discreto viro Hermano magistro vitrorum silvam nostram quae apud Homicam vulgariter dicitur et inter villas videlicet Radwanowicz, Banthkowicz Szklary

Siedlec

et Sokolec situatam, prout in suis terminis est distinc=
ta, jure theutonico scilicet Novifori quod Sredense
nuncupatur vulgariter, extirpare et locare damus con=
cedimus et conferimus in his scriptis. Ratione autem
locationis suae ipse Hermanus cum suis legittimis
[illegible] haeredibus et successoribus duos man=
sos liberos ante divisionem agrorum, sextum man=
sum censualem, tertium denarium de omni judicio
provenientem, unum molendinum, tabernam, macel=
lum carnium, banchum pistorum, banchum suto=
rum, fabricam, haec omnia libere et pacifice jure
haereditario in perpetuum habebit et possidebit.
Removentes ex nunc ibidem omnia jura poloni=
calia sicut Sep, Starz, [illegible] Naras, Opole et
alia singula, quaecunque sunt aut quocunque no=
mine vocitentur, quae jus theutonicum consve=
verunt perturbare: sic quod ipse scultetus et
villam ipsius nullo alio jure quam suo prae=
dicto theutonico in causis capitalibus, crimina=
libus, quaerulationibus et aliis magnis seu par=
vis in perpetuum perfruetur. Absolventes
etiam eos ab omnibus jurisdictionibus et potes=
tatibus castellanorum, palatinorum, judicum,
subjudicum et aliorum omnium officialium,

ita ut si unquam citati ad praesentiam eorum
fuerint, minime respondebunt, nisi dum per lite=
ram sigillo nostro sigillatam ad nostram praesen=
tiam evocati erunt: ex tunc coram nobis non
alio quam suo jure theutonico unicuique quae=
rulanti respondere tenebuntur. Et ut praenomi=
natus Hermanus scultetus noster ipsam sylvam
eo melius et facilius extirpare ac locare vale=
ant: sibi et omnibus illius villanis, qui ibidem
manserint, ab omnibus nostris solutionibus,
exactionibus, collectis, servitiis, angariis et
praeangariis quibuscunque vel quocunque nomine
nuncupentur a data praesentium ad annos vi=
ginti plenarie damus et conferimus omnimodam
libertatem evoluta et expirata ipsa libertate sae=
pedictus scultetus noster cum suis legitimis
haeredibus et successoribus nobis et nostris
legitimis haeredibus servitia debita et consve=
ta secundum consvetudinem terrae seu villarum,
solutiones prout aliae villae theutonicales te=
nebuntur facere et exhibere. In cujus rei testi=
monium praesentem paginam conscribi fecimus
et sigillo nostro roboramus. Actum Cracoviae

in die beati Briccij episcopi et confessoris, Anno
Domini M° CCC° vicesimo nono, Praesentibus
honorando nobilibus nostris Navogio castel=
lano, Fulchone pincerna, Petro vexillifero, An=
drea dapifero cracoviensibus, Zawisza filio
Cestetionis, Smilone dicto Nosal ac aliis mul=
tis fide dignis. Datum per manus Zbignei prae=
positi et cancellarii cracoviensis.

(Oblatum fer. 2a in vigilia S. Jacobi Apost.
1617 ad acta castr. crac. per nob. Alber=
tum Zabierzowski: ubi memoratur ori=
ginale in pergameno scriptum et pensili
sigillo regni cereo munitum fuisse.
Libr. Relat.)

13 Nov.

Hedvigis regina Poloniae relicta vidua Vladislai Loctici Nicolao et Petro filiis Joannis Kąkol cmethonis unum mansum cum horto in villa Wierzbica donat.

In Antiqua Sandecz, anno 1330, die 16 mensis Junii.

In nomine Domini Amen. Omnes actus legitimi, ut non [illegible] a memoria praesentium, olim temporis processum elabatur imo potius memoria futurorum adducantur expedit, ut ea scriptis et testibus proinde roborentur. Igitur nos Hedvigis Dei gratia regina Poloniae nec non soror ordinis Sanctae Clarae, felicis memoriae inclita principis Vladislai olim regis Poloniae relicta cupiens fieri manifestum universis praesentibus et futuris quibus nosse fuerit opportunum: quia intuentes et considerantes fidelia servitia Nicolai et Petri dictorum Kankol, filiorum Johannis cmethonis de Wirzbicza, quae filiae nostrae dominae Annae Dei gratia reginae Poloniae fideliter impenderunt, unde

ad preces ejusdem dominae reginae praedictae et nostrae filiae dominae Elisabeth domicellae unum mansum et unum hortum in villa nostra Wirzbica eisdem condonamus, haereditarioque jure in perpetuum conferimus possidendum pacifice et quiete eximentes eos ab omnibus solutionibus et laboribus ad nos pertinentibus. In cujus rei testimonium praesentem paginam scribi jussimus et nostro sigillo majori roborandum duximus. Actum est in Sandecz antiqua Anno Domini Millesimo Trecentesimo trigesimo; Nec non praesentibus his testibus domino Andrea nostro subdapifero, Liscone Chriborio haerede de Luczowicza Strzech nostro tunc procuratore, Isaac judice sandecensi, domino Nicolao nostro subincisore dicto Lala, Alberto dicto Costrzewa et aliis quam pluribus fide dignis et honestis viris per manus Nicolai nostri capellani et nostrae curiae notarii. Decimo Sexto Calendas Julii.

(Ex confirmatione Sigismundi I reg. Pol. data in conventione generali Piotrkoviensi Sabbato post octavas Epiphaniarum 1529 ad praeces providi Mathiae Sypien sculteti in Wirzbica in terra cracov. et districtu celov. — Oblat. ad acta castr. cracov. fer. 5a post dominic. Conductus Paschae 1651)

72

Vladislaus Locticus Rex Poloniae Monasterio Miechoviensis privilegium super exigendo theloneo in villa Chelm confirmat incolasque haereditatum monasterii praedicti a solutione thelonei in Bochnia liberat.

In Chęciny, anno 1331 die 26 mensis Maji

In nomine Domini Amen. Largitas Regum seu Principum multipliciter

Nakielski

Miechovia
p. 256

30 wierszy

Casimirus (Magnus) rex Poloniae cives vielicenses a solutione thelonei in fluvio Skawina liberat.

Cracoviae, anno 1334 die 4 mensis Octobris.

In nomine Domini Amen. Quod decrevit fieri regia magestas: ratum atque stabile debet promanare. Nos igitur Kazimirus Dei gratia rex Polonie: ad notitiam universorum et testimonium praesentium et futurorum hoc scripto litterarum volumus fieri manifestum: quod cupientes patris nostri felicis recordationis Wladislai ejusdem regni statutis obedire, et ea manu tenere, maxime in his que contingunt nostrum commodum et profectum, ut per hoc civitas nostra, que Magnum sal nuncupatur, ampliationem haberet fructuosam, cives predicte civitatis a solutione thelonei in fluvio qui Skawyna proprie nominatur, eundo de Magno predicto Sale in Oswieczym et ad partes alias et abinde redeundo perpetuo liberamus, quemadmodum per predictum patrem nostrum fuerunt liberati: ita quod theloneatoribus qui pro tempore

ibi in Skawyna positi fuerint, theloneum nulla=
tenus solvere tenebuntur. In cujus rei testimo=
nium et evidentiam pleniorem nostrum sigillum
presentibus duximus appendendum. Actum apud
Craccowiam die beati Francisci confessoris, Anno
Domini Millesimo tricentesimo trigesimo quarto.
Presentibus hijs testibus nostris fidelibus comi=
te Spicimiro castellano, domino Sbigneo prepo=
sito et cancellario, Motignewo castellano rado=
miensi ac procuratore generali, Nicolao dicto
Wyrzing cive craccowiensi et alijs plurimis
fide dignis.

(Ex manuscripto codice Privilegio=
rum civitatis Wieliczka per Feli=
cem Lovicensem notarium a. 1552
exarato, pag. 4-5.)

Casimirus Magnus rex Poloniae nobili Żuk privilegia Lesconis nigri et Vladislai Loctici ducum Poloniae super villam Żukowice confirmat.

Visliciae anno 1337 die 24 mensis Junii.

In nomine domini amen. Cunctaque gerentur in tempore ne simul labantur cum tempore solent testium subsidio scriptureque adminiculo roborari. Igitur nos Kazimirus dei gratia Rex Polonie Cracouie Sandomirie Siradie Lanciue Cuiauie nec non haeres ac dominus tocius terre Rusie Publice recognoscimus ac praesentibus profitemur. Quod cum ad nostram praesenciam nostrorumque fidelium baronum et militum veniens nobilis vir (Sczeb) Sczuk haeres de Sukouicz posuit priuilegium Lestkonis super eandem villam Sukouicz quod fuit sibi data per praedictum ducem pro suo fideli servicio que sibi predictus Sczuk (Sczeb) ~~[illegible]~~ multis annis fidele seruicium impendebat. Secundum vero posuit priuilegium Wladislai ducis Cracouie qui praedictum Sczuk (Sczeb) ad praedictam villam perpetualiter confirmavit. Nos vero nostra regali magestate videntes priuilegium donacionis ac confirmacionis

praedictum Sczuk (Sczk) ad praedictam villam Sukowicz ac suos posteros legitimos nostra littera nostroque sigillo appenso perpetualiter confirmamus videlicet vendere, possidere commutare obligare cambire et ad suos usus quo sibi placuerit divertere. Adhuc praedictum Sczuk (Sczk) considerantes ipsius fidele servicium excipimus eum ab omnibus exaccionibus conturbuccionibus colectis angarijs a bove et stanu excipimus eum ab omnibus palatinis capitaneis palatinis castellanis vel ipso=rum vices gerentibus quod nullas debet respondere ac sui posteri legittimi nisi fuerint nostra litera citati. Ut autem hec donacio ac nostra confirmacio incon=vulsa (gulssa) ac inviolabiliter permaneat presentem sigillum nostrum duximus appendendum. Actum et datum in Vislicia in die beati Johannis baptiste Anno Domini M° CCC° XXX° VIIj° praesentibus tes=tibus dignis Spitkone castellano cracoviensi Nico=lao pallatino cracoviensi Msciqneo castellano rado=miriensi Paskone judice sandomiriensi Michaele dicto Voyski. Datum per manus Segneij vicecancel=larii nostre aule.

(Ex archetypo membranaceo, cum funiculo rubei coloris, cujus sigillum pensile avul=sum)

Casimirus (Magnus) rex Poloniae resignationem villarum Zochow, Wola, Tarnowiec, Sczytniki, Gruszow, Borzyszowa, et Soboszow, quas Petka castellanus siecievhoviensis filiae suae Czudcae conjugi Niemierzae de Golcza contulit approbat.

Cracoviae, anno 1339, die 31 mensis Maji.

R. III no. 90
p. 203

In nomine domini Amen. Ne res gestas coram magnificencia regum aboleat processus temporum: oportunum est, ut eas roboremus sollempnis tytuliis literarum. Eapropter Nos Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, vniversorum noticie, tam presencium quam futurorum presentibus declaramus. Quod uenientes ad nostram nostrorumque Baronum presenciam, vir nobilis Pelka Castellanus Seczechouiensis una cum sua consorte, domina Margareta pari consensu et vnanimi uoluntate, sani mente et corpore existentes, non compulsi nec coacti, sed de bona et matura deliberacione, suorum animorum, uolentes pocius proprio sanguini fauere quam aligeno, motique uisceribus caritatis, sue filie uterine coniugi Nemerze de [redacted] Golcza, domine Czudcze, omnes hereditates ipsorum, iste que ipsam ex successione paternali contingebat,

Sobossow w Skalmier.

videlicet Sochow Wola Tarnowecz cum duabus villis Tarnowecz similiter uocatis, cum castro, Scitniki, Grusow, Borzisow vulgariter dictis, et illa hereditatem dotaliciam videlicet Sobossow sic nuncupatam, secundum quod in suis metis et terminis circumferencialiter sunt distincte siue limitate cum omnibus utilitatibus, vsibus, fructibus, et vniversis pertinencijs adeasdem spectantibus, ac toto dominio post mortem suam a se et a suis omnibus propinquis libere dede=runt ac coram nobis resignarunt eidem domine Czudcze vxori Nemerze et suis progenitis legit=timis in perpetuum tenendas, possidendas et habendas, donandas, uendendas, commutandas, pro suaque et suorum posterorum uoluntate conuertendas, iuxtaque sibi et suis posteris ui=debitur utilius expedire, pro quo nobis ex utra=que parte preces multimodas obtulerunt, ut hoc quod inter ipsos lucide extitit ordinatum siue factum, nostro regio consensu et assensu dig=naremur confirmare. Nos igitur precibus ipso=rum benignius inclinati, resignacionem illorum et sucepcionem istius ratam et gratam habentes, presentibus confirmamus, dantes prefate domi=ne Czudcze et suis progenitis presentem literam roboratam nostro sigillo regali in testimonium et robur perpetue firmitatis. Actum in Cracouia

feria secunda in Octauis Corporis Christi. Anno domini M° C.C.C° x.x.x° nono, Presentibus hijs nobilibus nostris Petro castellano Sandomiriensi, Floriano cancellario lanciciensi, Jascone castellano de Polanecz, Thoma castellano Beyczensi, Jascone subcamerario, Pribcone subiudice cracouiensibus. Datum per manus domini Segnei prepositi sancti Michaelis in Castro Cracouiensi et vicecancellarij curie nostre.

(Oryginał na pergaminie, pieczęć oderwana, tylko sznurek amarantowy jedwabny pozostał.)

(W archiwum Ks. Sanguszki w Gumniskach.)

Casimirus (Magnus) Rex Poloniae venditionem juris montani cum censu septimanali trium scotorum in salisfodinis Bochnensibus per Nicolaum civem de Bochnia Nicolao Rutheno civi de Sandecz factam approbat.

Cracoviae, Anno 1341, die 15 mensis Januarii.

In nomine Domini Amen. Cum venditiones, emptiones seu resignationes nichil robur teneant firmitatis, nisi solempni titulo literarum et testium annotatione roborentur: Ea propter nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae ad notitiam et testimonium omnium tam praesentium quam futurorum harum serie literarum volumus devenire, Quod veniens ad nostram nostrorumque Baronum praesentiam vir discretus Nicolaus Civis de Bochna sanus mente et corpore existens, non compulsus nec coactus neque per aliquem errorem seductus, sed de bona deliberatione sui animi ac de consensu omnium suorum amicorum et voluntate suum jus

quod Berkracht Thewthonice nuncupatur, quod habuit recipere in monte seu salisfodina Coruzkonis videlicet tres scotos die sabbati in qualibet septimana viro discreto Nicolao Rutheno Civi de Sandecz pro triginta marcis grossorum Pragensium vendidit libereque coram nobis a se et a suis amicis et propinquis quibuscumque resignavit eidem Nicolao et suis legittimis successoribus in perpetuum tenendum, habendum, donandum, vendendum, commutandum ac possidendum, pro sua suorumque posterorum voluntate convertendum. Proquo nobis preces multimodas ex utraque parte obtulerunt, ut eandem venditionem et resignationem inter ipsos legittime factam nostro regio sigillo dignaremur confirmare. Nos autem ipsorum precibus benignius acclinati, venditionem et resignationem supradictam ratam et gratam habentes, praesentibus confirmamus, dantes praefato Nicolao Civi Sandecensi et suis legittimis successoribus prae=

sentem litteram nostro sigillo munitam in robur et testimonium perpetuae firmitatis. Actum Cracouiae feria secunda proxima post Octauam Epifanie Domini, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo primo, Praesentibus hiis testibus nostris nobilibus Sbigneo Cancellario et Praeposito Cracouiensi, Thomassio dicto Starig Castellano Becensi, Clemente Gladifero Cracoviensi, Wilczkone Subdapifero Sandomiriensi, Arnoldo Canonico Sancti Floriani et aliis multis fide dignis. Datum per manus domini Segnei Praepositi Sancti Michaelis in Castro Cracouiensi et Vicecancellarii Curiae nostrae.

(Oryginał na pergaminie z pieczęcią oderwaną – ze zbioru Franc. Xaw. Masłowskiego sprzedany 1870 r. na aukcyi za 5 złr. 10 xr. – Na odwrocie dopis, że ten tygodniowy czynsz 3 skojców z żupy bocheńskiej należał do Wikarych zamku Kraków.)

Casimirus Magnus rex Poloniae donationem partis haereditatis in Brzezie per Visenegam et Stanislavam nepti ipsarum Feliciae uxori Nicolai de Topola anno 1338 d. 15 Maii factam, confirmat. Visliciae Anno 1341 die 6 mensis ~~Aprilis~~ Maii.

In nomine domini Amen. Cum donaciones, vendiciones, resignaciones, obligaciones, empciones qualescumque non possunt obtinere robur perpetue firmitatis, nisi solempni tytulo literarum et anotaccione testium fuerint roborate, eapropter nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum deducimus per presentes et publice declaramus, Quod venientes ad nostram nostrorumque baronum presenciam Sub anno natiuitatis domini M°CCC°XXX° octauo, In octaua

beati Stanislaij discrete mulieres domine et heredes de Breze villa sic dicta videlicet Vi=senega et Stanislaua non coacte nec compulse aut per aliquem errorem seducte, sed de bona de=liberacione, habitoque maturo consilio amicorum ipsarum dederunt, donauerunt, assignauerunt et resignauerunt felicie nepti ipsarum, uxori prouidi viri Nicolai dicti de Thopola, partem hereditatis que ipsas contingit in Breze, ex pa=terna successione, tenendam, habendam et possi=dendam, et per genitores ipsius legittimi, racio=ne dotalicij in quinquaginta marcis grossorum, prout dicta pars ipsarum est in suis terminis limitata, ita tamen quod exnunc dicta felicia debet se intromittere de medietate dicte heredi=tatis sibi assignate, aliam vero medietatem predicte domine Visenega et Stanislaua usque ad tempora vite ipsarum pacifice possidebunt, et post decessum ipsarum de hoc seculo, tunc dicta domina felicia de eadem parte se exintegro intromittet, in perpetuumque possidebit et

ipsius progenitores. hoc adiecto et prout consuetudo
in prouincia Polonie hactenus obseruatur, quodsi est
aliquis propinquior ad dictam hereditatem obtinendam,
potest eandem redimere in dictis quinquaginta mar=
cis grossorum. [illegible]
[illegible]. Nos
vero usi consilio baronum nostrorum statuimus ter=
minum infra spacium vnius anni, si esset aliquis
propinquior, ad dictam hereditatem, ipsam redimat
in dictis quinquaginta marcis grossorum. Quo anno
elapso [illegible] et termino per nos assignato ad redimen=
dam dictam hereditatem, propinquiori si esset ali=
quis, et ad hoc duobus annis subsequentibus elapsis,
veniens ad nostram et nostrorum baronum presen=
ciam predictus Nicolaus de Thopola, cuius interest,
nobis humiliter suplicauit, vt dictam assignacio=
nem et resignacionem dicte hereditatis uxori
sue predicte lucide factam dignaremur nostro
sigillo et appensione ipsius regio confirmare, cum
nullus predictam hereditatem redemit in dictis quin=
quaginta marcis grossorum, infra tempus premissum,
Vnde nos supplicacionibus prius dictarum dominarum
Visenecze et Stanislae. demum Nicolaij de Thopola,
aclinati, considerantes eciam quod nullus est pro=

pinquior ad dictam hereditatem tenendam, ex quo ipsam non redemit in tam prolixo tempore nisi ipsa Felicia, et ipsius progenitores predictam donacionem resignacionem et assignacionem per predictas dominas lucide factam, ratam et gratam habentes, predictis Nicolao et uxori ipsius ac progenitoribus ipsorum tenendam, habendam, et possidendam perpetuis temporibus presentibus confirmamus et appensione nostri Sigilli regalis, roboramus. Datum et actum in Wislicia, die dominica post octauam beati Adalberti, Sub anno natiuitatis domini M°. CCC°. quadraessimo primo. Presentibus Nobilibus viris, dominis Spiczmiro Castellano Cracouiensi, Mstugio Palatino Sandomiriensi, Mstigneo Palatino Cracouiensi, Petro Castellano Sandomiriensi, Andrea Radomiensi et Warsio Voycensi Castellanis, et aliis multis

(Oryg. pergam. z pieczęcią całą białą woskową majestatyczną, na nitkach różowych jedwabnych wiszącą, w Bibliotece Uniwersyt. Krak.)

Demetrius Dedko capitaneus Russiae civibus thoruniensibus cum mercibus Leopolim visitandi atque ibidem habitandi concedit facultatem.

Leopoli, (anno 1341.)

Famosis viris ac fide dignis proconsulibus, consulibus, mercatoribus totique communitati in Thorun existentibus Demetrius Dedko provisor ceu capitaneus terre Rusie, salutem in domino sempiternam. Viri pacifici quoniam ipsi possidebunt terram, hujus sacri eloquii grande misterium attendentes discordiam a dyabolica suggestione seminatam inter dominum Kazimirum regem Polonie et nos ex inspiracione almi pneumatis postergantes temptatorum humanum concordie inivimus unionem, Eatenus scire volumus universos terram Rusie visitare cupientibus, quod secundum iura nostrorum predecessorum cum mercimoniis neminem pertimescentes Lemburgam secure poterint

subintrare. Qui vero ad conmansionem ibidem venire proposuerint, hereditatem liberam concedimus et donamus prout pristini exaccionem nobis annuatam nec non alia iura solum sint tribuentes, Dampna vero post obitum domini nostri felicis memorie ducis Rusie quicunque Lemburgenses intulerunt duntaxat excipimus litteris in aliis et in istis. In signum autem compromisionis et ut fides nobis poterit adhiberi, hanc paginam nostro munimine iussimus roborari. Datum in Lemburg. Anno in presenti.

Ex archetypo originali pergameneo cum sigillo pendente Demetrii Dedkonis capitanei, in archivo secreto regiomontano asservato

Voigt Gesch. Preuss IV. p. 580 = 1341
Voigt Cod. dipl. III p. 83 No. 61 = 1349
Stadnicki Synowie Ged. II p. 15

Casimirus (Magnus) rex Poloniae possessionem ~~civitatis~~ civitatis Tarnow ~~atque~~ et villarum: Skrzyszow, Łękawica, Szynwald, Podegrodzie, Keiserswald, Kobielnik, Pomianowa wola, Brzezowice, Jasień, Poręba, Okocim, Żabno, Tarnowiec parva ~~atque~~ Spicimiri castellani cracoviensis confirmat atque villas has de jure polonico in jus teutonicum transfert.

Cracoviae, anno 1344, die 12 mensis Maji.

In nomine domini Amen. Que de mera (deciversa) deliberacione regie magestatis tam in donacionibus, quam juribus et confirmacionibus quibuslibet ob fidelia servicia neue grata cupiam benignius conferuntur, testium aminiculo apicibusque literarum fulciuntur ut sui robur optineant perpetue firmitatis inconvulsum. Nos igitur Kazimirus dei gratia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomoranieque dominus et heres notum facimus singulis ac (et) vniversis tam presentibus quam futuris presencium continenciam inspecturis. Quod veniens ad presenciam nostram Generosus vir et famosus Comes Spicimirus, castellanus noster cracouiensis, nobis dilectus et fidelis, quedam priuilegia serenissimorum principum Boleslai et Lestconis dei gracia illustrium ducum cracouiensis (cracoviensium) et sandomiriensis (sandomiriensium) terrarum nec non excellentissimi principis Wladislai per eandem gratiam Regis Polonie nostri dilectissimi

genitoris, felicis recordacionis, nostrorum predecessorum
exhibuit coram nobis et Baronibus nostris inferius
annotatis, super quibusdam suis hereditatibus infra=
scriptis, quas per comutacionem, empcionem et donacio=
nem legitime, rationabiliter atque iuste est adeptus:
primo videlicet super Tharnow ciuitate et villis ei=
dem adiacentibus, scilicet Skrissow, Lancauicza,
Sonwald, siue Mnych, Podgrodze et Keyzerswald vul=
gariter vocitatis, que ville ac locus in quo dicta ciui=
tas est locata semper ab inicio fuere militales, quas
quidem dictus castellanus per commutacionem suf=
ficienter, atque iuste extitit assecutus, ita integrali=
ter atque plene ceu in ambitu suo circumferencialiter
tempore continentur ab antiquo, quas eciam premissus
princeps Wladislaus genitor noster dulcissimus eidem
perpetuo confirmauit, jus Theuthonicum conferen=
do, Item super Cobilniki villa ita dicta quam simi=
liter per comutacionem legittimam dinoscitur possi=
dere, que in duas villulas eiusdem vocabuli est diui=
sa, Insuper alia priuilegia ostendit super Pomanoua=
uola et Brzezowcz, et Jassen, que sunt omnes tam=
quam una villa inter gades seu terminos unos et eos=
dem, Item super Porambam et Okochin vulgari sermone
taliter nuncupatas, quas per comutacionem et empcio=
nem acquisiuit, ita integraliter atque plene, sicuti
in suis terminis siue gadibus circumferencialiter sunt
distincte, Ceterum alia priuilegia ostendit super Zabno
et Tharnowecz parua, villas comuniter dictas, quas

ex donacione largiflua prenominati regis patris nostri reuerendi legittime ac luculencius extitit consecutus ita plenarie ac ex toto, prout eedem in suis terminis circumferenciis juribus et pertinencijs quibuslibet spectantibus ad easdem fuerunt temporibus ab antiquis, que inquam omnia supradicta patrata fuere, ordinata siue gesta, quam in comutacionibus et empcionibus tam in donacionibus de voluntate gratuita fauore pariter et assensu eiusdem regis nostri patris predilecti, ac eciam clarius confirmata, quemadmodum in priuilegijs ipsius prelibatis, nobis per dictum castellanum exhibitis ut prefertur luculentissime, ac expresse continetur, Quamque dicta priuilegia per examinacionem sufficientem fore agnouissemus firma, valencia, decencia atque iusta, eodem rata, grata penitus habentes et firma, ob fidelia seruicia et vtilia, per dictum castellanum constanter, fideliter ac utiliter crebrius exhibita, dulcissimo patri nostro premisso, atque nobis, ac in posterum opitulamine in pendenda cum diuino, ut merita vicissitudine meritorum se gaudeant repensari, quoque ceteri eodem exemplo ad similia excitentur, eiusdem supplicacionibus benigniter acclinati, sepiusdicta priuilegia innouamus, ratificamus, approbamus et presenti nostre magestatis regie priuilegio, perpetuo valitura nec non duratura, gratiosius confirmamus, una cum ciuitate ac villis omnibus prenominatis, iamdicto cas-

tellano, ipsiusque liberis ac succedaneis universis jure hereditario, in perpetuum possidenda et habenda, ita integraliter ex toto atque pleno, quemadmodum eedem hereditates in suis terminis gadibus circumferenciis et juribus quibuslibet fuerunt temporibus ab antiquis, retroactis et primeuis, ac eciam convertenda seu alienanda, secundum quod ipsorum beneplacito voluntatis melius ac utilius videbitur expedire. Preterea innouamus damus ac eciam confirmamus de gracia nostra speciali jus theuthonicum hereditatibus omnibus memoratis, eximentes ipsas et scultetos ac incolas seu kmethones earundem ab omni potestate, et juridicione castellanorum et palatinorum omnium, judicum subjudicum, officialiumque ipsorum. Absolvimusque repefatas villas et omnes incolas earundem ab omnibus angarijs et consuetudinibus polonicalibus quibuscumque nominibus censeantur, que frequentius jus theuthonicum predictum consueuerunt perturbare. In quorum omnium testimonium atque robur perpetuo valiturum presentes conscribi fecimus atque dari nostri sigilli appensione vigorantes. Actum in Cracouia, in claustro fratrum Minorum, feria quarta diebus Rogationum. Anno domini M°CCC°xl° quarto. Presentibus Baronibus nostris comitibus Mstugio sandomiriensi, Ymramo craoouiensi palatinis, Sbigneo preposito et cancellario cracouiensi, Petro Nosal sandomiriensi, Andrea wisliciensi castellanis, Johanne judice cracouiensi, ceterisque pluribus fide dignis. Datum per manus domini Petri prepositi sancti Floriani et vicecancellarii curie nostre, Scriptum autem per manus Pribislai nostri notarii.

(Druk w Rzyszczewski: Kodex III p. 212 N° 95 bez opisu pieczęci i objaśnienia miejsc.)

(Oryginał na pergaminie z pieczęcią dużą woskową białą płaską wiszącą na sznurku jedwabnym zielono czerwonym; z jednej strony pieczęci wyobrażony Król siedzący na tronie, z drugiej strony pieczęci orzeł polski; napisy dokoła przytarte.) Warchiwum x. Wład. Sanguszki w Gumniskach.)

Casimirus Magnus Rex Poloniae Cedroni facultatem locandae villae Witkowice jure theutonico, confert.

Sandomiriae, Anno 1346 die 2 mensis Februarii.

In nomine Domini Amen. Quae magnifica Regum decrevit auctoritas, digne ea obtinet robur perpetuae firmitatis. Proinde nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Craloviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae Cuiaviae, Pomoraniae, Russiaeque dominus et haeres notum facimus omnibus et singulis tam praesentibus quam posteris praesentia inspecturis: quod (q) volentes Regni nostri utilitatis per extirpationem silvarum in terra nostra Sandomiriensi reducere conditionem, discreto viro nostro fideli Cedroni dicto sibi et suis haeredibus et successoribus legittimis damus silvam nostram in fluvio dicto Brzeznycza ad locandum novam villam, cuius

granicia et meta incipit a fluvio dicto Opydowa transeundo circa Vijctowycze ex utraque parte fluvii Brzeznycza ambo litora usque ad ipsum Ostrow et ab Ostrow usque ad paludem vulgariter do Lugu vel Czysowe Lawy usque ad Thushynia. Ut autem ex praedicta et silvae extirpatione nobis fructus provenient, concedimus praedicto nostro fideli et suis legittimis locandi mansos quadraginta vel quot magis poterint extirpare seu locare Iure ac nostro Theutunico, quod vulgariter Maydemborgense dicitur. In qua villa damus praedicto nostro fideli Cadroni et suis legittimis successoribus sculletiam cum quatuor mansis liberis ac iure perpetue ac iure haereditario omnimode habendum, tenendum, possidendum, commutandum, vendendum pro sua et suorum posterorum utilitate convertendum, ut sua et suorum voluntas melius decreverit. Pro ecclesia vero unum mansum et unum (h)ortum liberum et alium pro pellendo grege quod vulgariter Skothnycza nuncupatur libere assignamus et de manso seu laneo per unam mensuram siliginis et aliam avenae. Damus etiam praedicto nostro sculteto sextum denarium census

et de omnibus proventibus nostris censuum sextam
partem praedictus scultetus habebit et de omni re
iudicata sive in parvis sive in magnis iudiciis
tertium denarium et duas tabernas liberas et unum
molendinum cum quatuor rotis in fluvio dicto
Brzeznijcza piscinas liberas quotquot possent et
possunt fieri ex omni parte villae, prata, pas=
cua, rubeta libera et quatuor (h)ortulanos cum
quatuor (h)ortis liberis. Et licebit praedicto etiam
nostro sculteto habere piscaturas piscium et ve=
nationem ferarum tam parvarum quam magna=
rum aucupum [ationem] avium in omnibus nemoribus et
locis praedictae nostrae villae Vythkowycze
pro sua utilitate et infra limites suae haere=
ditatis usque ad fluvium dictum Thushijnia, mel=
lificia faciendum in ipsa haereditate in omni=
bus graniciis dictae villae Wythkowycze. Quae
omnia et singula ipso praedicto nostro sculteto
ac suis legittimis haeredibus debent esse libera
perpetueque liberamus scultetum, kmethones et
quoslibet incolas villae praedictae Wythkowycze
de omnibus iuribus, iudiciis et potestatibus omnium

cum

palatinorum, capitaneorum, castellanorum, iudiciis officialium quorumcunque ita ut coram eis aut aliquo eorum citatus pro causis tam magnis quam parvis puta furti, sanguinis, homicidii ipse cum suis incolis minime respondebit; Kmethones et incolae villae praedictae coram eorum sculteto vel suo viceadvocato, solus vero scultetus coram nobis, dum tamen per nostram literam nostro sigillo sigillatam citatus fuerit, tunc de se querulantibus non aliter quam suo iure Theutunico Maydburgensi respondebunt. In causis criminalibus et capitalibus praedictus scultetus plenam et omnimodam facultatem habebit iudicandi puniendi, sententiandi, condemnandi non aliter nisi suo iure theutunico Maydburgensi secundum quid demeruerit in parvis et in magnis rebus. Damus etiam praedicto sculteto et Kmethonibus in villa dicta Wythkowycze manentibus silvam liberam usque ad fluvium Thushynia. Scultetus vero qui pro tempore fuerit ad expeditionem nostram generalem nobis debet dare unum equum pro tribus marcis. Kmethones vero expirata libertate viginti annorum concessa, quilibet eorum ~~debet~~ de quolibet manso pro censu singulis annis unam marcam solvere tenebitur

et unam mensuram avenae, duos pullos, duos caseos et duodecim ova pro censu sunt solvere astricti pro omnibus contributionibus, exactionibus, expeditionibus, dationibus, laboribus, angariis, equitaturis, vecturis, quibuscumque nominibus nominentur pro decima tres scotos dare tenebuntur. In quorum omnium testimonium et evidentiam clariorem nostrum sigillum duximus praesentibus appendendum. Datum Sandomiriae, in die Purificationis Mariae, Anno Domini Millesimo Tricentesimo Quadragesimo sexto, Praesentibus his testibus domino Hermano procuratore terrestri (Johanne ?) castellano Woynijciensi domino Spythkone (Cracoviensi ?) Tharnowiensi, domino Dobeslao Cracoviensi, Wylczkone Sandomiriensi (subdapiferis ?) domino Johanne Jura et aliis fide dignis.

(Ex copia initio saec. XVI scripta in Libello Melsztyniorum)

p. 65-69.

Casimirus rex Theodorico dicto Sturm facultatem locandi Lipniki villam jure theutonico circa fluvium Lipnik confert.

Cracoviae 1346 d. 1 Augusti.

Rzyszczewski Codex I
p. 195 No. 113.

Casimirus (magnus) Rex Poloniae cuidam Jaco-
bo concedit facultatem locandi villam
Libusza.

Cracoviae, anno 1348 die 30 mensis Septembris.

Libusza

In nomine domini Amen. Quod Magnifica Regum Magestas facere decrevit maxime ad utilitatem Regni sui debet esse firmum et stabile roburque perpetue firmitatis optinere. Proinde nos Kazimirus dei gratia Rex Polonie, Notum facimus universis tam praesentibus quam futuris hanc literam inspecturis, Quod Cupientes utilitates Regni nostri peramplius ampliare, de silvis de quibus nobis nulla, penitus utilitas proveniebat, Distincto viro Jacobo damus villam in fluvio dicto Lubus iure Theutonico, quod Maydeburgense dicitur locandi omnimodam potestatem, que villa habebit intra limites Centum viginti mansos In qua villa ratione locacionis praedicto Jacobo et posteris ipsius damus Sculteciam perpetuo, et iure hereditario tenendam, habendam, possidendam, donandam, vendendam commutandam, pro sua, et suorum posterorum voluntate convertendam, Cui Sculteto et sue posteritati damus perpetuo Octo mansos liberos eciam pro ecclesia unum mansum et alium pro pellendo grege qui vulgariter Scothnicza dicitur liberos more praedicto Magdeburgensi mensuratos, Molendina quodcunque potest facere in fluvio praedicto infra limites dicte hereditatis

rzeczka wpada do Ropy koło Libuszy.

libera, dicto sculteto et suis successoribus damus Cameram panum seu piscatorum, Tabernam liberam, Macellum carnium seu Cameram Braseatorum, Cameram sutorum piscinam liberam, in villa et extra villam, cui sculteto et successoribus ipsius licebit piscari pisces libere quatuor ortos liberos Item damus sibi et suis posteris perpetuo tertium denarium, de Judiciis in penis tam magnis quam parvis, duobus duntaxat reservatis, Et ut dicta villa cicius possit locari omnibus et singulis Kmetonibus qui in ipsa locabuntur, a data praesencium, ad viginti annos a solucione census et a servicio, damus et largimur omnimodam libertatem, Qua elapsa tunc Kmetones singulis annis perpetuo semper in festo sancti Martini de quolibet manso pro censu per octo scotos grossorum soluent et pro decima cui debebitur per fertonem, Praeterea vero ad tria Judicia magna, que ter in anno fieri consueverunt, nostro nuncio quem ad hoc mittemus, unum prandium scultetus et duo Kmetones dabunt aut pro quolibet prandio, per sex scotos grossorum solvent. Removemus nostraque ibidem Jura Polonicalia, Angarias, et perangarias qualescunque, ita quod Kmetones dicte ville coram nullo Judice Polonicali respondere teneantur, nisi coram sculteto ipsorum Theutonico iure praedicto respondebunt, Scultetus vero coram nobis aut coram nostro Judice Theutonicali iure quo supra, dum tamen per nostram literam fuerit citatus tenebitur respondere, In

causis autem criminalibus quibuscunque magnis aut parvis praedicto Sculteto et suis successoribus iuxta ipsum ius Theutonicum Judicandi, condempnandi et puniendi, damus et tribuimus omnimodam facultatem, Excipimus tamen quod dictus Scultetus et posteri ipsius ad quamlibet expe=dicionem generalem cum uno homine galeato et equo bono tenebitur servire. In cuius rei testimonium nostrum si=gillum praesentibus duximus appendendum. Datum Craco=viae in Crastino sancti Michaelis Archangeli Anno do=mini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo Octavo. Prae=sentibus hijs testibus, Hermano procuratore generali, Wilczcone Sandomiriensi Vito de Polanecz Castellanis Floriano Cancellario Lanciciensi, Nicolao de Bibicz et Jaroslao plebano de civitate ~~Kazimiria~~ Bochnia et alijs multis fide dignis.

na pergam. – pieczęć wisząca oder-wana

Dodatek Gaz. Lw.

Stryjko 1361 No 51 1851

Wieś ta należała później do Brzezia, starostwa libuskiego

Kreutz 1852 No 50 - 55

Casimirus (Magnus) rex Poloniae duobus Johannibus villam Olpiny jure theutonico locandam confert.

In Biecz, anno 1349, die 7 mensis Augusti.

In nomine Domini Amen. Quod magnifica regum authoritas facere decrevit, debet esse firmum et stabile roburque perpetuae firmitatis obtinere. Proinde nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae notum facimus universis tam praesentibus quam futuris hanc litteram inspecturis: Quod cupientes utilitates regni nostri peramplius ampliare et augere: discretis viris Joanni et alteri Joanni damus villam in Olpiny in fluvio dicto Suepetrnica et ex utraque parte dicti fluvii jure theutonico quod magdeburgense dicitur, quae villa seu haereditas habebit centum mansos in circumferentiis suis locandi disponendi perpetuo duraturam omnimodam potestatem. Quibus Joanni et alteri Joanni in praedicta villa damus perpetuo et jure haereditario et successoribus ipsorum sculteciam habendam, tenendam, possidendam vendendam, donandam commutandam pro sua et posterorum voluntate convertendam. Qui sculteti ante omnia debent mensurare duos mansos pro ecclesia ibidem in Olpiny, quos nos eidem ecclesiae

siae perpetuo damus possidendos, duos etiam mansos pro pellendo grege quod Skotnica vulgariter nuncupatur, ratione locationis dictae villae damus praedictis scultetis et ipsorum successori perpetuo quatuor mansos liberos et sextum mansum liberum, piscinam liberam, ubicunque infra limites praedictae haereditatis fieri potest, molendina libera cum quotcunque rotis fieri possunt, macellum carnium, sutorum, fabrorum ~~[illegible]~~ pistorum seu panum quatuor hortos liberos, duas tabernas liberas, pratum ad quadraginta currus, licebitque praedictis scultetis Joanni et alteri Joanni ac posteritati ipsorum piscari libere infra limites dictae haereditatis mellificia facere in mansis tamen ipsorum scultetorum etiam damus jamdictis scultetis et suis posteris perpetuo tertium denarium de judiciis in causis magnis vel parvis, duobus duntaxat pro nobis reservatis. Et ut dicta villa possit locari eo citius, omnibus et singulis cmethonibus dictae villae a data praesentium ad viginti annos continue computando damus et tribuimus ab omnibus solutionibus exactionibus collectis servitiis plenam libertatem, qua elapsa extunc cmethones quolibet anno semper in festo beati Martini ratione census nobis per octo scotos grossorum solvent et pro decima cui debebitur per fertonem. Praeterea excipimus elapsa libertate quod dicti sculteti nobis et posteri ipsorum ad expeditionem generalem cum homine in galea in equo valente sex marcas tenebuntur servire. Item ad tria judicia magna quae ter in anno fieri consueverunt, unum sculteti et cmethones duo

prandia dabunt vel pro quolibet prandio nostro nuntio per sex scotos solvent. In causis autem capitalibus et criminalibus et aliis quibuscunque magnis vel parvis saepedictis sculletis et posteris ipsorum judicandi sententiandi condemnandi et puniendi juxta exigentiam ipsius juris theutonici in villa praedicta vel extra villam damus plenam facultatem; removemus namque a praedicta villa omnia jura polonicalia, angarias et praeangarias ita quod sculteti praefatae villae et successores ipsorum coram nullo penitus debent respondere nisi in judicio nostro theutonicali dum autem per literam nostram fuerint citati, cmethones vero coram sculteto saepefatae villae jure suo supra respondere tenentur. In cujus rei testimonium nostrum sigillum praesentibus duximus appendendum. Datum in Biecz feria sexta ante diem beati Laurentii, Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo nono; Praesentibus his testibus Hermano procuratore generali terrarum cracoviensis et sandomiriensis, Henrico castellano visliciensi, Andrea succamerario cracoviensi, Lassota de Sadip, Dobeslao subdapifero et Creslao de Szumsko et aliis multis.

(Ex transsumpto Joannis de Rzeszow episcopi cracov. d. 5 Martii 1479 Cracoviae exarato - in libro manuscripto: „Acta ecclesiae collegiatae „Omnium Sanctorum cracoviensis a. 1742 compi: „lata per Casimirum Jarmundowicz" fol. 379.)

Casimirus Magnus Rex Poloniae divisionem villarum Brow, Ukanowice, Ochonin et Karlin inter fratres Mieczkonem et Martinum Pankowie de Brow confirmat.

Cracoviae, Anno 1349, die 21 mensis Novembris.

Nos Cazimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum et ducatuum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lenciciae, Cuiaviae, Pomeraniaeque dominus et haeres, Harum quibus expedit serie litterarum notum facimus universis quorum interest: Quomodo coram nobis et baronibus nostris pro tunc lateri nostro assidentibus personaliter constituti strenui milites et nobiles viri Mierzko camerarius et Martinus Pankowie de Brow et Ochonin haeredes sani mente et corporibus existentes non coacti sed de bona volantate, freti amicorum suorum salubri consilio, palam fassi sunt talem inter se bonorum suorum haereditariorum fecisse divisionem: quod praelibato camerario bona omnia in Brow et Ukanowycze sita cesserunt, quae bona

omnia perpetuo tenebit et possidebit per praescri=
ptiones terrestres. Praefato vero Martino bona
omnia in Ochonin sita cesserunt, quae itidem
bona perpetuo tenebit similiter, adijciens idem
camerarius ipsi Martino fratri suo quinqua=
ginta marcas pecuniae usualis adhaec sortes
in Karlin idem camerarius Miezko Panek sua
propria pecunia eximere debebit. Quam itaque
inscriptionem seu divisionem nos de innata
celsitudinis nostrae clementia ipsorum pre=
cationibus benigniter acclinati in toto appro=
bamus et ratificamus per omnia harum quibus
nostrum sigillum est appensum testimonio lit=
terarum. Actum Cracoviae die sabbato ante
festum beatae Catherinae virginis proximo,
Anno Domini M°CCC° quadragesimo nono, Prae=
sentibus his testibus Jaskone Jura cracoviensi,
Wilczkone sandomiriensi, Jaskone Woyniciensi,
Zawisza sandecensi, Dobeslao wisliciensi, Jaco=
bo zarnoviensi castellanis, Raphaele succamerario
Sandomiriae cum aliis nobilibus nostris multis fide
dignis. Datum per manus reverendi viri domini Janussii
decretorum doctoris.

(Oblatum fer. 2ª ante fest. Nativitatis
S. Johannis Bapt. 1616 ad acta castr.
crac. per nob. Johannem Panek
Bzowski de Bzow et in Ochonin
haeredem - ubi memoratur originale
pergameneum sigillo regio in sericeo
filo appenso munitum fuisse. Libr.
Relat. Tom. 42)

21 Nov

Ludovicus Rex Hungariae Casimiro (Magno) Regi Poloniae Regnum Russiae ad tempus vitae cedit.

Budae, Anno 1350, die 4 mensis Aprilis.

Nos Ludovicus Dei gratia Hungariae, Jerusalem, Siciliae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex, Princeps Salernitanus et Honoris Montis Sancti Angeli dominus, memoriae commendantes tenore praesentium significamus quibus expedit universis: quod nos Regnum Russiae, quod praedecessorum nostrorum olim illustrium Regum Hungariae beatarum recordationum fore dinoscebatur, et per consequens eiusdem Regni Hungariae regimine et throno regalis dignitatis ad nos iure successorio devolutis, nostrum fore dinoscitur, serenissimo Principi domino Kazimiro eadem gratia Regi Poloniae, avunculo nostro carissimo, de consensu incliti Principis domini

Stephani Ducis totius Sclavoniae, Dalmaciae et Croaciae, fratris nostri carissimi, dedimus et donavimus in his scriptis, huiusmodi moderamine et pacto interpositis: quod si praedicto domino Regi Poloniae divina gratia filium condonabit, quandocunque voluerimus ab eodem filio suo et suis haeredibus sexus masculini, non tamen a dicto domino Kazimiro Rege usque vitam suam nos vel dictus dominus Dux Stephanus frater noster aut utrorumque nostrorum haeredes, dictum Regnum pro centum millibus florenis redimere possimus atque valeamus. Filius vero ipsius domini Regis vel sui haeredes, nobis vel dicto domino Stephano Duci aut haeredibus nostris occasione qualibet et contradictione semotis, reddere et restaurare tenebuntur Regnum praenotatum. Si vero eundem dominum Regem Poloniae sine haerede sexus masculini, quod absit, decedere contingat, extunc dictum Regnum Russiae tanquam ius nostrum proprietarium eodem modo sicut Regnum Poloniae ad nostras manus devolvetur, iuxta principalem conventionem nostram de Regno Poloniae praenotato factam pleno iure. Subsidium autem et

auxilium contra Cruciferos de Pruscia et alios quoslibet suprascriptis duntaxat praedicti Regni Rusciae, dum et quando expediens fuerit et opportunum, iuxta modum et formam prioris compositionis inter dominum Carolum (Regem ~~[illegible]~~ genitorem nostrum piae memoriae et per consequens nos ac ipsum dominum Regem Poloniae habitae, nos vel idem dominus Stephanus Dux frater noster comprestabuntur domino Regi Poloniae praenotato. In cuius rei memoriam praesentes concessimus literas nostras privilegiales pendentibus sigillis nostro et eiusdem serenissimi Ducis munimine roboratas. Datum Budae, in octava festi Paschae, Anno Domini Millesimo Tricentesimo quinquagesimo.

(Ex transumpto in forma Vidimus Cracoviae, Anno 1357, Indictione X, Quinto Calendas Septembris per Janussium Doctorem Decretorum Decanum et cancellarium Cracoviensem exarato et per Jacobum quondam Nicolai de Paczanow clericum Cracovien. dioecesis publicum auctoritate imperiali Notarium subscripto, ubi memoratur originale munitum fuisse duobus sigillis rotundis de cera communi pendentibus in filis sericeis viridi coloris. Primum sigillum ex una parte habebat

imaginem Regis in majestate cum corona, sceptro
et globo et cum hac circumferentiali inscriptione:
Ludovicus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Cro-
acie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomeriae; a tergo
vero sigilli in medio clipei crux super tribus lapi-
dibus, cum circumferentiali inscriptione: ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ + Comaniae, Bul-
gariaeque Rex et Princeps Salernitanus et hono-
ris montis Sancti Angeli. – Secundum sigillum ha-
bebat imaginem hominis armati in equo pharesato,
gladio vibrato in galea, cum circumferentiali inscrip-
tione: + Sigillum domini Stephani dei gracia du-
cis; a tergo vero hujus secundi sigilli in medio
clipeus cum quatuor pertracturis et crux geminata
super clipeo, cum hac circumferentiali inscriptione:
totius Sclavonie et Dalmacie. – Originale huius
trasumpti in Archivo Regni; copia in Theca
Naruszevicii Tom VII, Nr. 159.)

Casimirus magnus rex Poloniae eclesiam in villa Rzezawa erigit et dotat.

Cracoviae, anno 1350 die 26 mensis Maji.

(Cum confirmatione Wladislai Jagiełło regis Cracoviae a. 1387 d. 30 Septembris.)

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Vladislaus Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lancitiae, Pomeraniae, Cujaviae, Lithuaniae Princeps supremus, Russiaeque dominus et haeres. Significamus praesentibus literis nostris, quibus expedit, tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris: quod oblatae nostrae majestati pro parte discreti viri Jacobi rectoris ecclesiae in Zyrzawa nostri dilecti devoti petitio, quatenus privilegium excellentissimi principis domini Casimiri olim regis Poloniae super plantatione seu fundatione ecclesiae in Zyrzawa confectum confirmare, ratificare, approbare et innovare benigniter dignaremur. Cujus quidem privilegii tenor sequitur in haec verba:

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cuncta quae aguntur testimonio literarum solent roborari. Proinde nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniae Russiaeque dominus et haeres notum facimus universis praesentium notitiam habituris: quod ob remedium salutis nostrae, nostrorumque praedecessorum aeternae memoriae et ut divinus cultus plus ac magis augeatur, ecclesiam, quam mandaveramus Mathiae sculteto in libertate Borek locare consilio habito cum quibusdam nostris consiliariis, cum omni jure prout in privilegio dicti Mathiae sculteti in eadem continetur libertate eandem ecclesiam in honorem Omnium Sanctorum decrevimus in libertate plantare ac fundare, quae libertas Zyrzawa cum libertatibus Jodlowka et Borek in magna sylva ac paludibus ad nostrum regium mandatum sunt locatae, cui ecclesiae et rectoribus ejusdem qui pro tempore fuerint, de gratia nostrae regalis majestatis damus perpetue, attribuimus et incorporamus in Krzeczow, in Ostrow et in Wzampe decimam post araturas nostras in quibuscunque campis pro curiis nostris arabunt. Quia quidem placet nostrae regali majestati in dictis villis cmethonibus de agris nostris procuratores de mandato nostro regio concedunt pro ipsorum laboribus et araturis. Item damus et attribuimus eidem ecclesiae in dicta libertate Zyrzawa et rectoribus

ejusdem tres laneos seu mansos, quos ab omnibus nostris regalibus solutionibus et laboribus facimus liberos et exceptos. Decimam vero post eosdem tres laneos elapsa libertate rector ecclesiae possidebit. Damus eidem ecclesiae et rectoribus ejus qui pro tunc fuerint duas tabernas in superficie villae vulgariter na nawsiu. In bonis vero ecclesiae plebanus cmethones, tabernas, alios operarios quotquot potest pro sua utilitate et suae ecclesiae locabit. Nullam vero tabernam intra metas et granicies ejusdem libertatis Zyrzawa expirata libertate in contemptum ecclesiae pro nostra regali majestate locare licebit. Homines vero, qui bonis ecclesiae locati fuerint, non aliis, nisi coram suo judice et scabinis in villa citati respondebunt, poenas vero magnas et parvas criminales, homicidii non alteri nisi suo plebano solvere tenebuntur. Juramenta omnia de quolibet per grossum pro comparatione vini ad ecclesiam pertinebunt. Damus eidem ecclesiae in libertate Borek, quam libertatem mandavimus locare in deserta sylva in fluvio Wydrzyna, postquam libertas viginti annorum expirabit, prout in privilegio Mathiae sculteti dictae libertatis Borek per nos dato continetur, unum mansum seu laneum ab omnibus nostris solutionibus et laboribus liberum et exceptum; item in festo sancti Martini sex sotos pro decima plebano a

a quolibet laneo cmethones solvere tenebuntur. Item damus eidem ecclesiae et rectoribus ejusdem in festo Sancti Martini de omnibus villis ad ecclesiam pertinentibus videlicet Krzeczow, Ostrow, Zyrzawa, Jodlowka et Borek a quolibet manso et laneo vel sorte cmethonis mensuram siliginis et mensuram avenae plebano solvere sint astricti; clero vero ecclesiae ab omnibus parochianis a quolibet manso pro servitio unus grossus tribuetur; Insuper plebano vel vicario cum clerico in curia nostra Krzeczoviensi circa mensam nostram expensae perpetuis temporibus ministrentur. His omnibus suprascriptis eandem ecclesiam in libertate Zyrzawa et rectores ejusdem nostra autoritate regali dotamus, incorporamus et ascribimus perpetuis temporibus possidenda, nostro sub appenso sigillo privilegium praesens confirmantes. Actum et datum Cracoviae feria quarta post festum Sanctissimae Trinitatis sub Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo; Praesentibus his Zbigneo castellano cracoviensi, Imramo cracoviensi et Jura sandomiriensi palatinis, Dobeslao succamerario cracoviensi, Hermanno procuratore generali et Nicolao haerede de Kraszow et aliis quam pluribus testibus fide dignis.

Nos itaque justis salubribus et honestis petitionibus praefati Jacobi gratiosius acclinati, dictum privilegium in omnibus suis punctis, clausulis, conditionibus et articulis, confirmamus, ratificamus, gratificamus, approbamus et innovamus, decernentes ipsum obtinere robur perpetuae et irrevocabilis firmitatis, Harum nostrarum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum Cracoviae in crastino Sancti Michaelis sub Anno Domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo septimo; Praesentibus Sendzivogio palatino calisiensi, Dobrogostio judice et Krzeslao subjudice cracoviensibus, Dobeslao de Koszyce et Nicolao de Starzelec, Borkone de Trzeseniec haeredibus et aliis quam pluribus testibus fide dignis.

(Ex transsumpto Sigismundi Augusti regis, ad preces Stanislai Schedzinski J. U. Dris, cancellariae regiae scribae plebani in Zyrzawa scripto Vilnae in vigilia Visitationis B. V. Mariae 1557 et in Actis Officialatus Tarnoviensis per Valerianum Mojaczurski plebanum Zyrzaviensem d. 11 Decembris 1656 atque in Actis castr. cracov. per Laurentium Ulinski parochum Rzezaviensem fer. 5a post festum Paschae 1659 oblatum.)

Nota de morte Spicimiri de Melstin Castellani Cracoviensis.

Anno 1352 die 27 mensis Martii.

Anno Domini Millesimo Tricentesimo Quadragesimo Dominus Spyczmirus Castellanus Cracoviensis fundavit castrum Melsthin et ecclesias quamplures ibidem pertinentes. Qui quidem dominus Spyczmirus Castellanus Cracoviensis obiit feria tertia post dominicam Judica Anno Domini Millesimo Tricentesimo Quinquagesimo secundo.

(Ex Libello Melsztyniorum)

Ludovicus Rex Hungariae matrem suam Helisabeth reginam ad recipiendum in civitate Sandecz fidelitatis iuramentum ab incolis Regni Poloniae praestandum, destinat.

Budae, Anno 1355 die 12 mensis Aprilis.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungariae notum facimus universis praesentes literas inspecturis: Quod cum nos ad petendum, recipiendum et exigendum fidelitatis, subiectionis, obedientiae, homagii et dominii proprietarii ac iuris successionis, regiminis et gubernationis Regni Poloniae iuramentum, per universos Praelatos, Duces, barones, proceres, milites, nobiles, castellanos, civitatum oppidorum ac villarum cives, iuratos et hospites ac cuiuscunque status et conditionis homines nobis et haeredibus nostris, ex nostro femore descendentibus, vel illis non existentibus, inclyto Principi domino Johanni Duci, nato olim domini Ducis Stephani fratris nostri piae recordationis, in casum ubi Sere=

nissimum Principem dominum Kazimirum prae=
missa gratia eiusdem Poloniae Regni Regem,
avunculum nostrum praedilectum sine haeredi=
bus masculini sexus decedere contigerit, de ip=
sius domini Regis beneplacito, voluntate et con=
sensu exhibendum et praestandum, ac dudum
illustrissimo Principi domino Karolo genitori
nostro carissimo felicis memoriae pro se ipso ac
nobis, nostrisque haeredibus exigenti, mediantibus
efficacissimis instrumentis et literis exhibitis
ad praefata innovandum et per praedictum domi=
num Regem in Anno Domini Millesimo Trecen=
tesimo quinquagesimo quinto, scilicet vigesima
tertia mensis Februarii Budae in domo nostra
regia innovatum per ipsum ac omnes supradic=
tos ad quindenas festi Paschae nunc venturi af=
fectuosissime invitati in civitatem Zunduch aut
personaliter accedere, aut casu aliquo impedien=
te, excellentissimam Principissam dominam Regi=
nam genitricem nostram carissimam destinare
debuissemus, prout inter nos ac dominum Regem
praelibatum primitus ordinatum, dispositum, deli=

beratum ac firmatum fuerat ac literis vallatum
utrorumque. Et quia nos ad praesens rationa=
biliter impediti et aliis arduis negotiis occupa=
ti pro sacramento ipso exigendi inibi, sicut pro=
misimus accedere non valemus, ideo iam domi=
nam Reginam genitricem nostram duximus
destinandam, eamque constituimus nostram pro=
curatricem, negotiorum gestricem ac nuntiam,
quoad idem speciale: dantes eidem plenam po=
testatem pro nobis, haeredibus nostris, aut
illis non extantibus, pro domino Johanne Du=
ce nepote nostro praedicto et ipsius haeridibus,
vice nostrae personae et etiam eorundem, ab
omnibus Praelatis, Ducibus, baronibus, proce=
ribus, militibus, nobilibus, castellanis, civita=
tum, oppidorum et villarum civibus auratis
et laboribus ac cuiusvis status et conditio=
nis hominibus supradictis per se aut procura=
tores idoneos sacramentum fidelitatis, subiectio=
nis, obedientiae, homagii dominii proprietarii et
iuris successionis regiminis et gubernationis Reg=
ni Poloniae praelibati praestandum exhibentum in

nostram personam recipiendi et exigendi ac oblatum
et praestitum acceptandi, nosque ad ea quae in
literis pactorum initorum cum eodem genitore nostro
ac ubicunque continentur et quae per ipsum ac nos
circa haec assumpta existunt, efficaciter obligandi
ac ea si petita fuerint, in nostram Maiestatem
iuramento firmare corporali: ratum nos promit=
tentes habere atque gratum quidquid per eandem
genitricem nostram actum factum ordinatum,
dispositum deliberatum gestum fuerit et fir=
matum in praemissis et quolibet promissorum,
praesentibus sub nostrae Majestatis testimonio li=
terarum. Datum Budae, Duodecimo mensis Aprilis,
Anno supradicto.

(Ex transumpto in forma Vidimus, ad petitionem
d. Nicolai Scalce procuratoris Kazimiri Regis
Pol., per Jannussium Dr. Decret. Cancellarium, Crac.
Cracoviae, V. Calend. Septembris 1357, exarato,
ubi memoratur originale sigillo maiestatico Ludovici
Regis de cera communi in pergameno pendente mu=
nitum fuisse. — Originale huius transumpti erat
in Archivo Regni Polon; copia in Thecis Narusze=
wicianis Tom VII, Nr. 159.)

Bodzanta Jankowski episcopus cracoviensis, altari Sanctae Dorotheae in ecclesia cathedrali cracoviensi fundato decimas ex villis Potom, Lomna et Sieradzka assignat.

Cracoviae, anno 1355, die 9 mensis Maji.

In nomine Domini Amen. Quoniam bonae rei consultum et praesentis vitae habetur subsidium et aeternae remunerationis cernitur praemium expectare: Proinde nos Bodzantha divina et apostolicae sedis providentia episcopus cracoviensis consideratis probitatis meritis et fructuosis obsequiis, quae honorabilis vir dominus Seveslaus de Sweskowicz canonicus et officialis noster cracoviensis praedecessoribus nostris et eidem ecclesiae nostrae retroactis temporibus fideliter exhibuit et fecit, et nunc nobis dante Deo paratus est exhibere, quique etiam speciali ductus devotione

ad obsequium beatae Dorotheae virginis nobis humiliter suplicavit, postulans inde salutaribus beneficiis misericorditer consolari. Cujus quidem votis suplicibus nos sincero annuentes affectu, altare ad honorem Omnipotentis Dei et beatae Dorotheae virginis in praedicta nostra ecclesia noviter aedificatum et consecratum, de decimis nostris frugum in Polom Lomna et in medium Sieradeska villis in conditione Tiriciensi de fratrum nostrorum capituli cracoviensis unanimi voluntate et consensu dotamus et privilegiamus, easdem decimas a nostra mensa episcopali penitus aligenantes, praefato altari beatae Dorotheae et rectori seu ministro ipsius perpetuis temporibus assignantes. Ut autem in remedium salutis nostrae et ipsius Sveslai canonici et officialis circa praefatum altare missarum solemnia pro vivis et defunctis jugiter peragantes, negligentiae et vacationis materia procul mota volumus et firmamus irrefragabiliter servandum, ut quotienscunque idem altare vacaverit, nulli omnino nisi vicario ecclesiae nostrae cathedralis aut alii presbytero idoneo, actu tamen sacerdoti conferatur.

Qui circa ipsum bis in qualibet hebdomada secunda et sexta feriis pro defunctis et caeteris diebus alias missas pro devotione sua per se aut per alium celeb= rare omnibus annis sit astrictus dotatoris memo= riam per specialem orationem in ipsis semper faci= endo. Ad quod altare dominus officialis praedictus quamdiu vixerit rectorem seu ministrum nobis ido= neum praesentabit, demum vero hujusmodi praesen= tatio, collatio seu quaevis alia dispositio supradic= ti altaris ad nos et successores nostros temporibus perpetuis pertinebit. In cujus rei testimonium nos= trum, nostrique capituli sigilla praesentibus sunt appensa. Actum et datum Cracoviae in crastino bea= ti Stanislai, Anno Domini Millesimo Trecentesimo quinquagesimo quinto, Praesentibus honorabilibus et discretis viris dominis Sbigneo decano, Arnaldo scholastico, Nicolao custode, Magistro Petro canto= re, Ottone scarbimiriensi, Floriano lanciciensi, Sbylutho plocensi, Nicolao visliciensi praeposi= tis, Tomcone vicecancellario domini regis, Spythco= ne archidiacono curzeloviensi canonicis cracoviensi= bus et aliis pluribus testibus tunc ad capitulum con= gregatis.

(Oblatum per Thomam Mączynski vicarium eccles. cathedr. crac. ad acta castr. cracov. d. 31 Decembr. 1781, ubi memoratur originale in pergameno cum 2 sigillis pensilibus extitere. – Libr. Relat. A. 1781 Tom 212 pag. 2914–2916. No. 932)

Privilegium fundationis ecclesiae Armenorum in civitate Leopoliensi.

(Ex originali Armenico idiomate in pargameno conscripto, in Latinum de verbo ad verbum transpositum.)

Anno 1356, die 30 mensis Augusti.

Jesus Christus Scriptura fundationis Sanctae Ecclesiae. Haec est voluntatis nostrae et fidei scriptura, Jacobi filii Szakin Sachi incolae Nafensis, et Panosij filii Abrahami incolae Nahelensis, qui dedimus istam scripturam fidei nostrae, quia votum facimus Sanctae Dei Genitrici et aedificavimus Sanctam Ecclesiam in Civitate Leopoliensi Armenae Confessionis ritus Sancti Illuminatoris, obedientibus Patriarchae et Episcopo Armeno, nec non et Senioribus. Ad quam ab hoc tempore nec filii nostri nec filiae, nec fratres, nec nepotes, insuper nec consanguinei quicquam potestatis

habebunt, praeter ornamenta et opera misericordiae exercenda, tam super Ecclesias, Sacerdotes, Seniores, sicut et super bona Ecclesiae; et qui ausus fuerit se intricare, aut impudenter hoc sibi arrogare voluerit, hoc sit coram omni judicio mendatum, et condemnatum a Deo, Ecclesia Sancta, Sanctaque Dei Genitrice, ac Sanctis Apostolis, testimonio Dei et Seniorum scripta est scriptura, Anno Octuagesimo decimo secundo juxta Supputationem Armenici Calendarii 30 Augusti juxta Calendarium Romanum Anno Millesimo Trecentesimo quinquagesimo sexto. Nomina Testium: Ego Abrachamus Officialis; Ego Aristaces Regularis; Ego Joannes Monachus; Ego Christinus Presbyter; Ego Cracli filius Sergius; Ego Joannes filius Christophori; Ego Tolacus Themonii filius; Ego Melich Czobani filius; Ego Muradin Andreae filius; Ego Abisyr Asuaduri filius; Ego Armir Sergius Joannis filius; Ego Amirbec Joannis filius; Ego Jacobus Isaaci filius; Ego Nadzardyn Jacobi filius; Ego Asuadur Tagfori filius; Ego Orusbegus Tacfori filius; Ego Cosroes Avaconcicius.

(Ex MS. Archivi Regni Copia in Thecis Naruszevician. Tom VII Nr. 148)

Casimirus (Magnus) Rex Poloniae Simoni et Layn fratribus villam Stubno in districtu Premisliensi confert.

Sandomiriae, Anno 1358, die 13 mensis Julii.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniaeque dominus et haeres Russiae, Notum esse volumus universis et singulis praesens privilegium inspecturis, audituris vel lecturis: quod ob merita fidelium servitiorum, quae nobis nobiles Symon et Layn fratres germani fideles nostri dilecti a multis temporibus exhibuerunt et in posterum gratiosius poterint exhibere, volentes ipsos gratia prosequi favorosa, ipsis villam nostram Stobno dictam, in terra Russiae in districtu Premisliensi sitam, incipiendo a villa Naklo usque ad fluvium dictum

Wyszna cum omnibus et singulis praedictae villae
utilitatibus, fructibus, censibus, dationibus, pro=
ventibus, agris, pratis, campis, sylvis, rubetis,
gaiis, mellificiis, venationibus, aucupationibus, pis=
cinis, piscaturis, stagnis, lacubus, aquarum decursi=
bus molendinis et emolumentis ac aliis quibusvis obven=
tionibus, quibuscunque nominibus censeantur, univer=
sisque coherentiis, prout praefata villa Stobno in
suis metis et granitiis longe late circumferentia=
liter est distincta ab antiquo et limitata, damus,
assignamus, condonamus et liberaliter temporibus
perpetuis conferimus iure haereditario possiden=
dam, habendam, tenendam, vendendam, commutan=
dam alienandam donandam et ad usus ipsorum
et suorum legitimorum successorum voluntarios
iure haereditario convertendam, prout ipsis me=
lius et utilius videbitur expedire. Qui quidem Simon
et Layn et ipsorum successores legitimi nobis
et nostris posteris ad quamlibet expeditionem ge=
neralem cum una hasta et duobus sagittariis ser=
vire sint astricti. In cuius rei testimonium sigillum
nostrum praesentibus est appensum. Actum et da=
tum Sandomiriae, in die beatae Margarethae Vir=

ginis, Anno Domini Millesimo Trecentesimo quinquagesimo octavo, Praesentibus nostris fidelibus dilectis Nynotha castellano Radomiensi, Johanne Zaya camerario Cracoviensi, Raphaele subcamerario Sandomiriensi, Bodzantha procuratore generali, Jaczkone canonico Cracoviensi et Henrico de Kuskow curiae nostrae notario, qui praesentia habuit in comisso.

(Originale pergameneum cum sigillo cereo pendente in ~~[illegible]~~ funiculo sericeo, extabat in Archivo Regni; inde copia in Thecis Naruszevicianis Tom VII, Nr. 164.)

Joannes Gładysz sandecensis viceprocurator ecclesiae in Szymbark dotem assignat.

In Szymbark anno 1359 die 24 mensis Decembris.

In nomine Domini Amen. Joannes paterno cognomine Gładysz, Miles auratus Suae Majestatis Rev. Domini Casimiri Dei gratia Regis Poloniae Illustris Aulicus, Viceprocurator Sandecensis, Oppidi Scheinberg et villarum ad illud spectantium in utroque littore fluvii Ropa nuncupati, sursum tendendo, et in omnibus litoribus omnium rivulorum in Ropam cadentium, a dextris et sinistris circumcirca juxta ejusdem Majestatis Privilegium jure theutonico locatorum et adhuc locandorum perpetuus haeres et dominus, ad notitiam omnium praesentium et futurorum deducimus: quomodo Nos pro erigenda ecclesia in oppido nostro Scheinberg collocandaque ad curam animarum, presbytero aream cum horto et agro,

intra metas Colonorum nostrorum emensurato, de=
dimus donavimus et assignavimus, nec non quatuor
marcas pecuniae communis pro decima praedii ali
quoque anno solvendas. Cui ecclesiae item locatus
locandusque colonus quilibet ab extirpato pro
decem et sex metretis agro, unam metretam a=
venae singulis annis pendere, prouti etiam ad
culturam agri ecclesiastici bis per annum concur=
rere mensaliaque Presbytero offerere tenebitur;
idque harum litterarum vigore, Suae Majestatis
Privilegio pro ratis et apud posteros stabilibus
ac perpetuo debere permanere declaratis, quas in
testimonium firmioris roboris etc. subappenso
gentilitio stemmate propria manu subscribimus.
Actum in Castro nostro oppidi Scheinberg in
ipsa vigilia Nativitatis Domini Anno Ejusdem
M.CCC.LIX. Praesentibus amicis nostris et
pluribus fidedignis. — Joannes Gladysz. —

Casimirus magnus rex Poloniae confirmando privilegia Boleslai (pudici) ducis ann. 1262 et 1277 data monasterio Koprzywnicensi ordinis Cisterciensis villis ejusdem monasterii jus theutonicum confert.

In Koprzywnica, anno 1360, d. 25 mensis Junii.
(Extractus.)

Kazimirus rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniaeque haeres et dominus Russiae ad preces Mathiae abbatis Koprzywnicensis ord. Cisterc. confirmat duo privilegia monasterio Koprzywnicensi ~~data~~ per Boleslaum (pudicum) ducem Cracoviae et Sandomiriae data XII Calend. Aprilis 1277 et in Osiek IV Idus Septembris 1262 data, civitati ~~et villis~~ ibidem et villis hujus monasterii per sive locis forensibus patrem suum olim Vladislaum regem Poloniae de jure ~~theutonico~~ polonico in jus theutonicum translatis de novo jus theutonicum confert nominatim autem villis Gnieszowice quam (w Krolest.) habent pro Krzcinno et Sosniczany circa Dobrzechow, Sosnica et Wysoka circa vero Wietrzno et Niżna Łąka et Zboiska, cum facultate locare

allodia. Datum in Koprzywnica Quinta feria ante festum S. Petri Apostoli A. D. 1360, praesentibus testibus: Abraham subpincerna sandomiriensi, Nicolao subdapifero cracoviensi, Bodzanta procuratore generali, Przedborio de Brzezie, Wierzbieta de Branice, Pelka Przezboncki et aliis. Datum per manus Janussii decani et cancellarii nostri cracoviensis.

(Ex transsumpto Casimiri Jagellonidae regis dato Cracoviae die dominico Laetare Jerusalem 1456. Oblat. in Libr. Relat. castri cracov. Anni 1717 Tom. 140. pag. 1183-1193. No. 387.)

Casimirus Magnus Rex Poloniae plebescitum civitatis Leopoliensis confirmat [illegible]
Cracoviae, A. 1360 d. 28. mensis Decembris.
(cum immutatione atque confirmatione [illegible] Vladislai (Jagiello) regis Poloniae
Sandomiriae A. 1422 d. [illegible] 18. mensis Martii.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis
sub tempore versantibus pariat in posterum detrimentum, alta Regum et Principum
consilia decreverunt ea litterarum et testi[illegible]um annotatione perhennari. Proinde
nos Wladislaus dei gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae
Lanciciae, Cujaviae Lithuaniaeque Princeps supremus Pomeraniae, ~~Rusriaeque~~ dominus
et haeres etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis [et singulis] praesentibus
et futuris, praesentium notitiam habituris. Quomodo pro parte providorum Consulum
[et civium] totiusque Communitatis Civitatis nostrae Leopoliensis fidelium nostrorum dilecto-
rum nobis oblata petitio continebat, quatenus ipsis Privilegium Domini Cazimiri
olim Regis Poloniae etc Praedecessoris et ejus contenta excepta una clausula in fine
dicti privilegii posita quae sic incipit: Insuper quaelibet domina aut mulier quaelibet
post mariti sui obitum etc quam inferius per expressum volumus explicare,
de innatae nobis celsitudinis clementiae confirmare et ratificare dignaremur. Tenor
vero hujus privilegii est talis: Nos Kazimirus Dei Gratia Rex Poloniae etc
Notum facimus ~~universis~~ praesentium notitiam habituris: Quia Consules et jurati
civitatis nostrae Lemburgensis nostra de voluntate pariter et assensu nostro
speciali statutum seu Arbitrium firmiter tenendum fecerunt et observandum
tale videlicet: Quod quicunque aliquem post concordiam interfecerit infra
annum et diem ab ingressu seu introitu civitatis illius in qua tale scelus
perpetravit debet absentari. Item siquis vel gladium vel cultellum maliciose
evaginaverit, aut temere extrahere praesumpserit, ille medii fertonis poena
puniatur. Si autem coram uno jurato vel duobus aut [uno] ~~vero~~ jurato vel alio viro
idoneo licet non jurato hoc factum fuerit, tunc idem poena [integri] fertonis puniatur.
Praeterea siquis juratorum ad discordantes venerit ipsisque pacem indixerit et
mandaverit habere et illi a lite cessare noluerint, similem poenam unius
fertonis debent sustinere. Ceterum quod si tempore incendii seu igne importune
exeunte domus alicujus civis praedictae civitatis disrupta aut fracta fuerit, vicini
ejus in eadem parte et linea sibi commorantes ad quos idem ignis posset devenire,
ad reformationem et reaedificationem ipsius fractae domus impendare et dare juva-
mina tenebuntur. Item quicunque cum lancea cuspide balista arcu vel aliis quibusvis
armis minus justis ad litem et discordiam [ac]currerit in subsidium alicui ut poena
antedicta uno fertone pro Civitatis melioratione et reformatione puniatur.

Et siquis pro poena transgressorum hujusmodi statuta transgredientium
Advocatum aut Consules vel aliam quamlibet personam supplicare praesumpserit,
eadem poena qua transgressores puniuntur et ille debet puniri. In cujus rei
testimonium et evidentiam pleniorem sigillum nostrum praesentibus duximus appen=
dendum. Datum Cracoviae in die Sanctorum Innocentium Anno Domini Millesimo
Trecentesimo Sexagesimo. ‖ Nos itaque petitionibus ipsorum tanquam justis et
rationalibus benigniter annuentes, dictum privilegium praedicti domini Kazimiri
Poloniae regis etc. et ipsius contenta in omnibus suis punctis, sententiis, conditio=
nibus articulis et clausulis, praescripta clausula ut praefertur tantummodo excepta,
confirmamus, ratificamus et approbamus decernentes ipsum robur habere perpetuae
firmitatis. Et quia attentis et diligenter inspectis ex praedicta clausula; Quod
domina aut mulier quaelibet post mariti sui obitum cum consanguineis et cog=
natis dicti mariti quibuslibet utriusque sexus omnes res mobiles et immobiles per
medium dividere debet et teneatur, multiplicibus defectibus incommodis, controver=
siis, erroribus et dubiis dictae Civitati nostrae saepissime ocurrentibus. Quibus
taliter occurrere cupientes Praelatorum et Baronum nostrorum ad hoc habito
salubri consilio, eandem clausulam infringimus, cassamus et annulamus ac tali=
modo in aliam sensum immutemus, interpretamur, declaramus et innovamus sta=
tuentes, quod hujusmodi clausulae interpretatio et declaratio in dicta civitate nostra
Leopoliensi firmiter perpetuis temporibus et inviolabiliter observetur in hunc
modum: Quod legittime viro et uxore matrimonium contrahentibus bonaque hae=
reditaria mobilia et immobilia ex utraque parte vel ex una tantum insimul
comportantibus, illa omnia bona debent indivisa esse et ad unum coadunata. Dum
autem contingat uxorem decedere ex hac luce et marito ipsius superstite re=
manente idem maritus haeredibus aut consangvineis vel proximioribus dictae uxoris
sua sexus utriusque tertiam partem omnium bonorum mobilium et immobilium pro
successione materna dare teneatur, duabus partibus eorundem bonorum pro se
reservatis. Si vero maritus arma bellica et alias res jure Maydeburgensi Her=
gewet ~~vulgar~~ ~~(Erfschgewerde)~~ vulgariter dictas pro utilitate sua voluerit obti=
nere illa in divisione secundum taxam et valorem ad partem ipsius computen=
tur. Item mortuo marito uxore ipsius supervivente ipsa uxor ratione dotis et dota=
licii tertiam partem eorundem bonorum quorumlibet mobilium et immobilium totaliter
obtinebit, Duabus partibus pro haeredibus aut consangvineis vel proximioribus dicti mariti
sexus utriusque reservatis. Attamen si uxor pro utilitate sua aliquas res orna=
mentorum seu supellectilium quae jure Maydeburgensi Geradae vulgariter nuncu=

pantur voluerit obtinere illa in divisione bonorum, ad partem suam taxentur et computentur. Caeterum si post mortem (matris) ~~m...~~ aliquem de pueris sine haeredibus parte in humanis agente mori contingat, extunc pars ejusdem pueri sive haeredis morientis ad patrem devolvi debebit pleno jure. Et similiter si aliquem puerorum sive haeredum post obitum patris vivente matre mori contingerit, extunc pars pueri defuncti seu haeredis ad matrem debebit pertinere. Caeterum statuimus et privilegii munimine roboramus: Quod liceat marito uxori suae legitimae prole carenti omnia bona sua coram bannito judicio nostro Statuto praedicto non obstante libere resignare. Et etiam uxor non habens prolem marito suo legitimo, dum tamen ad resignationem bonorum ad eam pertinentium per eundem maritum metu non fuerit compulsa, per procuratorem idoneum bona hujusmodi similiter in bannito judicio liberam habebit resignandi facultatem. Super quo volumus quod dictae civitatis consules diligentiam faciant in hujusmodi resignationibus mulierum maritis suis factis, ut non sint compulsae vel coactae. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum Sandomiriae feria quarta post dominicam Oculi. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Vigesimo secundo. Praesentibus Reverendis in Christo Patribus Dominis Joanne sanctae Leopoliensis Ecclesiae Archiepiscopo, Alberto Cracoviensi Regni Poloniae Cancellario et Joanne Chełmensi Episcopis ecclesiarum, strenuis et nobilibus Michaele de Ciszow Sandomiriensi, Joanne de Szczekocin Lubliniensi et Domarath de Kobylany Biecensi nec non Paulo de Bogumilice Cracoviensi, Petro de Falkow Sandomiriensi, judicibus et Spitkone de Tarnow Generali Capitaneo Terrae Russiae multisque aliis fide dignis fidelibus nobis dilectis.

p. 167–170 Libr. 1076.

Casimirus (Magnus) rex Poloniae civitati Wieliczka jus theutonicum confert.

Cracoviae anno 1361, die 14 mensis Augusti.

In nomine Domini Amen. Nos Kazimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracowie, Sandomirie, Siradie, Lancitie, Cujawie, Pomeranie, Russieque dominus et heres: tenore presencium notum facimus quibus expedit universis tum presentibus quam futuris: Quia civitatem nostram Wyeliczkam que alias retroactis temporibus nullum jus habebat quo secure et firmiter a sua locatione uteretur, prout alie civitates habere consueverunt, oculis nostre magestatis intuendo de benignitate nostra regia gratioso munere volentes habere consolatam ipsam jure dotamus, quo temporibus perpetuis gaudere valeat et potiri, pro sua et incolarum suorum consolatione speciali: Ut cives et incolae ipsius civitatis apud se, de gratia nostra regali ex eodem jure sibi et suis posteris commodum adesse sentiant et profectum:

exnunc eidem civitati Wyelyczcze civibus et tote communitati ipsius ac omnibus ad eam pertinentibus, jus theutonicum magdeburgense cum omnibus et singulis clausulis suis quo gaudet civitas nostra Cracoviensis damus conferimus donamus et ascribimus perpetuis temporibus duraturum ibidem alia omnia jura et quascumque consvetudines alias tentas et observatas omnino remouendo, sic quod cives et incole sepedicte civitatis in Wyeliczka eodem jure magdeburgensi in omnibus et singulis articulis et statutis suis quibus utitur memorata civitas nostra Craccowiensis frui et gaudere plenam et omnimodam habeant potestatem, contradictione cujuslibet penitus quiescente. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Cracovie in vigilia Assumptionis sancte Marie virginis gloriose, Anno domini Millesimo trecentesimo sexagesimo primo. Presentibus hys testibus: Dobeslao wysliciensi, Zawysza sandecensi castellanis, Andrea subcamerario, Pelka vexillifero, Johanne de Zaija camerario cracoviensibus et Maczkone cancellario dobrynense, de cujus mandato scribitur donatio supradicta ac alijs quam pluribus fide dignis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 260-262)

Casimirus (magnus) rex Poloniae civitati Dobczyce jus theutonicum confert.

Cracoviae, anno 1362, die 25 mensis Aprilis.

(Cum confirmatione Wladislai Jagiellonis regis Pol. data Cracoviae, a. 1424, die 18 mensis Martii.)

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis pariat in posterum detrimenta: alta regum et principum consilia decreverunt ea literarum apicibus et testium annotatione perhennari. Proinde nos Wladislaus Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Lithuaniaeque princeps supremus Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: Quomodo pro parte fidelium nostrorum consulum, civium et incolarum

totae communitatis civitatis nostrae Döbschice nobis oblata petitio continebat, quatenus ipsis privilegium domini Kazimiri quondam regis Poloniae etc. praedecessoris nostri et in eo contenta ratificare, innovare, confirmare et approbare dignaremur. Cujus quidem privilegii tenor sequitur per omnia et est talis:

In nomine Domini Amen. Nos Kazimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres, Notitiae universorum tam praesentium quam futurorum praesentibus declaramus: Quia civitatem nostram Döbschice cives et incolas in ea degentes et ad eam pertinentes per donationem juris theutonici, quo perpetuis temporibus gaudere valeant et potiri, volentes habere consolatos: de gratia nostra speciali ex nunc pro melioratione ipsius civitatis omnibus et singulis civibus et quibuscunque incolis ad gremium dictae civitatis intra et extra muros quomodolibet spectantibus jus theutonicum maydburgense, quo utitur civitas nostra Cracoviensis, damus, conferimus et donamus perpetuis temporibus

duraturum, omnibus juribus, articulis, punctis et clausulis universis dicti juris theutonici in eadem civitate perpetuo obtentis et inviolabiliter observatis. Removentes ibidem omnia jura polonicalia, servitia, modos, consvetudines, angarias et praeangarias polonicales universas, quae ipsum jus theutonicum impedire seu perturbare consveverunt. Statuimus insuper forum quarumlibet rerum venalium in eadem civitate feria secunda singulis septimanis perpetuis temporibus celebrandum. Praeterea absolvimus, liberamus et eximimus advocatum, omnes et singulos cives seu incolas dictae civitati subjectos ac familias ipsorum ab omnibus judiciis, jurisdictionibus et potestatibus omnium castellanorum, palatinorum, judicum, subjudicum et ministerialium universorum: ita, quod coram ipsis vel eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sangvinis, homicidii, incendii, membrorum mutilationis et quibusvis excessibus nulli penitus respondebunt, nisi tantum cives et incolae coram advocato suo jure theutonico, advocatus vero coram nobis aut judicio castri Cracoviensis, vel etiam judicio nostro generali

et ipsi cives necessitate exigente, dum tamen per nostram
literam nostro sigillo munitam citati fuerint, tunc dic=
to jure suo theutonico de se querulantibus respon=
dere sint astricti. In causis autem capitalibus et cri=
minalibus quibuscunque secundum quod ipsum jus
theutonicum postulat et requirit, advocato memoratae
civitatis judicandi, sententiandi, puniendi, corri=
gendi, plectendi et condemnandi plenam et omnimo=
dam concedimus potestatem. Nihilominus statuimus
et volumus, quod cives et incolae praedictae civitatis,
qui agros possident, de quolibet manso novem sco=
tos grossorum, de qualibet area integra duos grossos,
de media unum grossum, de quartali quartam, et de
qualibet taberna unum grossum singulis annis in
festo Sancti Martini nobis solvere teneantur. In=
super omnia jura suprema vel quasi quae domini=
um nostrum contingunt ex jure theutonico supra=
dicto ex nunc in ipsa civitate pro nobis illibata
reservamus. Caeterum de gratia nostra benigna
eisdem civibus in fluviis juxta ipsam civitatem
decurrentibus, videlicet in Raba et in Smarcana
pro sua mensa piscandi cum hamo infra nostram
absentiam sicut nos cum piscibus in memoria ha=
beant, liberam concedimus facultatem. Dum autem
ibidem personaliter constituti fuerimus et uno

die ante nostrum adventum ipsis piscari prohibemus, etiam intra limites saepedictae civitatis in mericiis et alias hinc inde in locis convenientibus gregem ipsius civitatis sine alicujus contradictione pascendi plenam et omnimodam concedimus potestatem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum Cracoviae in die Sancti Marci evangelistae sub Anno Domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo secundo, Praesentibus his testibus: Johanne palatino Sandomiriensi, Abraham castellano Lublinensi, Andrea subcamerario, Andrea subjudice Cracoviensibus, Bodzanta procuratore generali et Johanne decano et cancellario nostro Cracoviensi, per cujus manus praesens privilegium est datum, et aliis multis. Scriptum autem per Nicolaum Boem' notarium curiae nostrae et canonicum ecclesiae Visliciensis.

Nos itaque petitionibus ipsorum tanquam justis et rationabilibus benigniter annuentes, praedictum privilegium domini Kazimiri regis et praedecessoris nostri praedicta et in eo contenta in omnibus suis

punctis, sententiis conditionibus, articulis et clausu=
lis de innatae nobis celsitudinis clementia rati=
ficamus, innovamus, confirmamus et approbamus, de=
cernentes ipsum robur obtinere perpetuae firmita=
tis, Harum quibus sigillum majestatis nostrae ap=
pensum est testimonio literarum. Actum Cracoviae,
Sabbato proximo ante dominicam Reminiscere, Anno
Domini Millesimo Quadringentesimo vigesimo quar=
to, Praesentibus magnificis et strenuis Cristino de
Ostrow castellano cracoviensi, Johanne de Tarnow
Cracoviensi, Sandivogio de Ostrorog Posnaniensi,
Nicolao de Michalow Sandomiriensi, Jacobo de
Koniecpole Siradiensi, Nicolao de Oporow Lan=
ciciensi et Mathia de Labischin Brestensi pa=
latinis, multisque aliis fide dignis. Datum
per manus venerabilium Johannis decani Craco=
viensis regni Poloniae cancellarii et Stanislai
Ciolek cantoris Cracoviensis Posnaniensis San=
domiriensis ecclesiarum canonici nobis dilec=
torum. – Ad relationem praedicti domini Stanis=
lai Ciolek regni Poloniae vicecancellarii.

(Oblat. ad acta castr. Cracov. fer. 4a ipso die S. Luciae 1741 Libr. Relat. Tom 165 pag. 3930-3934 No 1204; ubi memoratur autographon in pergameno scriptum et sigillo pensili munitum extitisse.)

Casimirus magnus rex Poloniae Nicolao Kocznar locandae villae Hartlowa jure theutonico confert facultatem.

In Dembowiec, anno 1363, die 9 mensis Maji.

(Cum confirmatione Hedvigis reginae Poloniae, data Cracoviae a. 1398 d. 7 Novembris.)

Hedvigis Dei gratia regina Poloniae et haeres Hungariae regnorum etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis: Quod in nostra nostrorumque baronum praesentia constitutus personaliter fidelis noster Clemens scultetus de Herthlowa quoddam privilegium seu litteram privilegialem gloriosi principis domini Kazimiri recolendae memoriae regis Poloniae praedecessoris avi nostri suo sigillo majestatis sigillatam super juribus dictae suae sculteciae in Herthlowa confectam coram nobis

exhibuit; post cujus exhibitionem commisimus fide=
libus nostris Johanni de Thanczin castellano craco=
viensi magistro curiae et Jacussio de Bothurzin
capitaneo Byeczensi succamerario et magistro coqui=
nae nostris, ut dictam litteram privilegialem videre
deberent et conspicere diligenter. Qui quidem Johannes
de Thanczin et Jacussius de Bothurzin ex hujus=
modi commissione nostra visa et diligenter inspecta
dicta littera privilegiali nobis retulerunt, quod
ipsa in omnibus punctis, clausulis et conditioni=
bus ac etiam singulis suis partibus omni sus=
picione carens sit integra atque sana. Cujus
quidem litterae principium et finis sequuntur in
haec verba:

> In nomine Domini Amen. Nos Kazimirus
> Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum
> Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae,
> Kuyaviae, Pomeraniae, Russiaeque dominus
> et haeres, notitiae universorum tam praesen=
> tium quam futurorum praesentibus declara=
> mus, quod villam nostram Harthlowa Wolya
> vulgariter nominatam in districtu Byecen=
> si situatam per extirpationem silvarum jux=
> ta fluvium Roppa ad plenam perfectionem
> collocare cupientes, ex nunc provido viro Ni=
> colao Koczmar vulgariter dicto. ipsam villam

jure theutonico maydemburgensi, quadraginta
mansos in suis limitibus continentem locan=
di nostro regio nomine plenam damus potesta=
tem, ipsum Nicolaum ex nunc in dicta villa
scultetum facientes, ratione cujus locationis
et scultetiae utilitates et proventus ipsi scul=
teto et ejus posteris qui subsequentur
ascribimus perpetuo et incorporamus,
videlicet quatuor mansos liberos, de qui=
bus duo pro aratro ipsius sculteti, unus
proecclesia in ipsa villa fundanda et u=
nus pro pascuis communibus spectabunt.
Unam tabernam liberam et unum molendi=
num liberum in supradicto fluvio Roppa
inter limites dictae villae ubicunque utrum=
que littus poterit habere, ibi pro se faciet
et piscinam. Item tertium denarium judicii
de qualibet re judicata et sextum denarium
census ipse scultetus et ejus posteri libere
percipient et possidebunt, aliis autem pro
nobis et camera nostra regia de judicio et
censu supradictis expresse reservatis. Remo=
ventes ab eadem villa omnia polonicalia
jura, angarias et perangarias universas
polonicales, quae ipsum jus theutonicum

impedire seu perturbare consueverunt. Absolvimus insuper, liberamus et eximimus memoratum scultetum, ejusque successores, familias et quoslibet incolas seu cmethones ab omnibus judiciis et jurisdictionibus quorumlibet judicum nostri regni et ministerialium universorum, ita quod coram ipsis vel coram aliquo pro causis tam magnis quam parvis nulli ~~palas~~ penitus respondebunt, nisi tantum cmethones coram sculteto suo jure theutonico, scultetus vero et ejus posteri coram nobis aut judicio castri Byecensis theutonicali generali, dum tantum per litteram nostro sigillo regio munitam evocatus fuerit, tunc jure suo theutonicali de se quaerulantibus respondere tenebuntur. In causis autem criminalibus et capitalibus supradicto sculteto omnimodam quod ipsum jus theutonicum requirit, judicandi, sententiandi et puniendi plenam conferimus potestatem Etiam ipsam scultetiam vendendi, donandi, commutandi pro sua, suorumque posterorum voluntate quomodolibet libere convertendi. Post elapsam vero libertatem sedecim annorum quilibet cmetho de quolibet manso nobis per octo scotos grossorum ratione census, ratione vero decimae

per festonem grossorum, cui de jure debuerint, singulis annis in festo sancti Martini solvere sint astricti. Et circa hoc omnia jura nostro dominio ex jure ipso theutonico quomodolibet competentia perpetuo pro nobis illibata reservamus. Scultetus autem et ejus posteri cum una balista seu sagittario decenter expedito, quotiens necesse fuerit, servire teneantur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum in Dembovy dzyal feria tertia post diem beati Stanislai martiris, Sub anno domini Millesimo tricentesimo sexagesimo tertio, Praesentibus his testibus: Petro capitaneo sandecensi, Bodzenta procuratore generali, Pelka Marschalcone, Preczlao subdapifero cracoviensibus, Wyrsbyanta de Maloszow et Wlodkone de Charbynovycz ac aliis quam plurimis fide dignis.

Nos itaque dictorum fidelium nostrorum habita relatione, eundem Clementem scultetum circa jura et singula in dicto privilegio contenta inviolabiliter conservamus, harum quibus nostrum sigillum subappensum est testimonio litterarum. Actum et datum Cracoviae feria quinta proxima post diem Omnium Sanctorum, Sub Anno Domini Millesimo tricentesimo nonagesimo octavo.

(Oblatum fer. 4a infra Octavas Corporis Christi 1538 ad acta castr. cracov. ad postulationem Severini Bonar castellani et capit. biecensis. Libr. Inscript. castr. cracov. Anni 1538 Tom. 50.)

Casimirus (Magnus) rex Poloniae ad preces Petri Vinrici ~~et~~ supparii supremi, consulumque civitatis vielicensis, hospitale pro infirmis salicidis in eadem civitate Wieliczka erigit et dotat.

Cracoviae, anno 1363, die 26 mensis Julii.

In nomine domini Amen. Quoniam omnia que in laudem summi creatoris pro necessaria utilitate Christi fidelium regia magestas fieri decrevit fide dignorum testimonio debent decenter firmari ac scripturis autenticis perpetue memorie commendari: Igitur nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranie, Russieque dominus et heres universis quibus expedit tam presentibus quam futuris presentibus declaramus: Quod accedentes ad nostrum et baronum nostrorum presenciam prouidi et honesti viri Petrus Winrici zupparius supremus de Wyeliczka una cum consulibus ibidem ac etiam communitate fraternitatis laboratorum qui vulgariter Tragarze nominantur ipsius civitatis in Wyeliczka nobis enarraverunt defectuosam pauperum Christi fidelium inopiam qui exules et orphani de diversis mundi partibus conveniunt laborantes in montibus salis ibidem manus et pedes frangunt per accidens infortunium et corpora destruunt ita quod laboribus ulterius

preesse non possunt, et sic miserabiliter periclitantur, quia post destructionem sui corporis non habent ubi caput suum rediment: plurimosque alios defectus eorundem in nostra audientia exposuerunt relatione flebili et dolorosa humiliter deprecantes, ut super praemissis de consolationis providere remedio dignaremur: quam narrationem per Dei misericordiam nostro cordi infusam sane advertentes eisdem pauperibus defectuosis et oppressis ex intima charitate compatientes in remedium salutis animarum progenitorum nostrorum et pro salute felicitatis aeternae ac in remissionem nostrorum peccaminum relevamen perpetuum ex opere charitatis impendere volentes, ut decet regiae pietati lapsis manum porrigere adjutricem, ex nunc ad instantes petitiones praedicti Petri Vinrici zupparii nostri fidelis consulibus nostris et fraternitati supradictis in loco apto et valido ad ipsorum placitum prope dictam civitatem Wyeliczkam hospitale cum capella et reclinatorijs praedictis pauperibus construendi et aedificandi meram et liberam damus potestatem: volentes insuper de thesauro nobis ex abundantia divinae pietatis concesso in zuppa nostra ibidem in Wyeliczka dictis pauperibus et quibusvis eorum rectoribus de victualibus et vestitu habundanter providere de gratia nostra speciali ex nunc de omnibus et singulis montibus qui nunc sunt in ipsa civitate Wyelyczka et extra vel quomodolibet esse poterint in futurum ipsorum fortuna volente in quolibet monte specialiter duos servos montanos cum hijs quae ab ipsis derivantur specialiter cum hijs omnibus quae ultra illorum statutum pretium supererunt in dictis montibus laborantes pro sustamento ipsorum perpetuis temporibus ipsis damus attribuimus, libere ascribimus incorporando conferimus et donamus,

quos montanos consules praenotati pro utilitate dicti hos=
pitalis et pauperum ibi degentium juxta considerationem
suae discretionis disponent et regestrabunt. Volumus etiam
ut praenotati consules pro regimine temporalium dicti hos=
pitalis et pauperum ibi degentium magistrum statuant
et destituant pro suo arbitrio quotiens et quando ipsis
placebit sive laycum sive sacerdotem. Si sacerdos fue=
rit, per dominum episcopum diocesanum tanquam vica=
rius perpetuus ad regimen animarum saepedicti hospi=
talis canonice institutus sive solus rexerit tempora=
lia sive non, decem marcas grossorum in pecunia nu=
merata singulis annis perpetuis temporibus a quoli=
bet magistro hospitalis regente temporalia sine aliqua
contradictione integraliter percipiet pro sua necessita=
te libere convertendas. Statuimus insuper pro memo=
ria perpetua, quod idem magister hospitalis qui pro
tempore fuerit pecunias ipsius hospitalis sine scitu
et consilio dictorum consulum nusquam moveat, ne=
que eas alicui dare vel concedere praesumat. Si vero
hujusmodi pecuniae alicui concessae fuerint mediante
consensu consulum praedictorum necessitate exigen=
te per hoc eaedem pecuniae ab ipso hospitali non
debent alienari, sed sub certo termino statuto ipsi
hospitali et rectori ipsius integraliter debent resti=
tui et complete persolvi. Ut autem saepedictum
hospitale per consules praedictos digne expositum
sine mora edificetur et per cuncta tempora pauperes
ipsius et omnes sibi adhaerentes decenter procurarentur,
ac etiam bene aspiciantur, cum omnimoda defensione
quorumlibet impedimentorum, ex nunc de abundantia
regiae majestatis ex nostra gratia speciali consulibus

saepedictis in Wyeliczka fidelibus nostris qui pro tempore fuerint collationem capellae saepedicti hospitalis et magistratus cum toto regimine et qualibet dispositione temporibus perpetuis damus conferimus et donamus ipsis posessionem pacificam et quietam omnium praemissorum tenore praesentium gratiose ad placitum et voluntatem ipsorum in manus assignamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum Cracoviae in crastino sancti Jacobi apostoli, Sub anno domini Millesimo trecentesimo sexagesimo tertio. Praesentibus hijs testibus Johanne sandomiriensi, Andrea cracoviensi palatinis, Abraam lyublinensi, Petro woynicensi Zawyssa sandecensi castellanis et Johanne cancellario cracoviensi per cujus manus praesens privilegium datum transivit ac aliis quam pluribus testibus fide dignis.

(Ex transsumpto Joannis de Radlice episcopi cracoviensis scripto Cracoviae in crastino S. Trinitatis, id est d. 25 Maji a. 1388, ubi dicitur originali appensum fuisse sigillum majus de cera glauca in filis sericeis viridi et flavei coloris. – Extat etiam in codice manuscripto: ~~[illegible]~~ Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Lowicensem notarium a. 1552 exarato pag. 153.-161.)

Ludovicus Rex Hungariae derogans in parte priori obligationi, permittit successionem sibi debitam in Regno Poloniae filio Casimiri Regis, si quem legitime susceperit.

Cracoviae, Anno 1364, die 8 mensis Maii.

Nos Ludovicus Dei gratia Rex Hungariae notum facimus quibus expedit universis: Quod licet Regnum Poloniae ex renunciatione et obligatione per Serenissimum Principem Dominum Kazimirum eadem gratia Regem Poloniae, fratrem nostrum carissimum, pluries nobis facta, post tempora vitae ipsius ad nos deberet cum pleno iure pertinere: nos tamen voluntati suae annuentes, ex nunc admittimus, quod si aliquam filiam Principis sibi in uxorem duxerit, ex qua prolem masculinam duntaxat legitime procreaverit, ipsam sibi succedere in

praedicto Regno Poloniae, tanquam verum haeredem quavis obligatione eiusdem Regni non obstante, ita tamen, quod in casum, quo dictus dominus Rex Poloniae frater noster non filium sed filiam habuerit legitimam, eam iuxta pristinae ordinationis et dispositionis nostrae formam mediante...... prout in literis et instrumentis exinde confectis expressatum est, cum debita solemnitate nuptui tradere promittimus et pollicemur. Sed iuramentum conditionem, compositionem et obligationem penitus inter ipsum et nos factam et multis literis vallatam, in suo vigore et firmitate volumus per omnia remanere. Harum sub nostrae Maiestatis testimonio literarum. Datum Cracoviae in festo Sancti Stanislai martiris, Anno Domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo quarto.

(Copia ex Archivo Regni, in Thecis Naruszevicii Tom VIII, Nr. 40.)

Casimirus Magnus rex Poloniae Gosziejo filio Adami de Wisniowa villam Wierzbanowa seu Jerzmanów jure theutonico locare permittit.

Cracoviae, anno 1365, die 19 mensis Junii.

In nomine Domini Amen. Nos Kazimirus rex Poloniae ac terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres notum facimus tenore praesentium quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris, quod utilitates regni nostri per locationem sylvarum nostrarum de quibus hactenus nobis nulla utilitas proveniebat augere cupientes, ex nunc discreto viro Goszyo Adae de Wiśniowa villae dictam Herzmanowkam in silva nostra incipiendo a monte quod vulgariter vocatur Liszina de quo exit fluvium Zmarkowa et a fine villae nostrae Wiszniowa cum taberna etiam dicta Oszikowka ubi eundem

fluvium cum aliis omnibus rivis convenit ad invicem
et ex alia parte a vertice montis nominando vulga=
riter Czoczen de quo monte exit fluvium Czarnipo=
tok et fluit usque ad fluvium Stradomia et iterum
sursum usque ad montem Snieznicza et ab eodem
monte usque ad fluvium qui dicitur antiqua Kaszi=
na cum omnibus rivis qui vocantur Glincze et
etiam usque ad fluvium qui dicitur Niedzwiedzia
et in prva strata eundo in Cyris quadraginta
mansos in eadem villa continen̄ ibidem prope
Wiszniowa jure theutonico maydeburgensi plenam
et omnimodam concedimus ~~facultatem~~ potestatem,
dantes eidem Goszio et suis legittimis liberis per=
petuam scultetiam cum potestate vendendi, do=
nan̄di, commutandi utifruendi ac perpetuo possi=
dendi ac pro sua suorumque successorum volun=
tate quomodolibet convertendi, ratione cujus lo=
cationis praedicto Goszio suisque haeredibus ve=
ris hos redditus infrascriptos assignamus videli=
cet duos mansos liberos, quatuor hortos, tabernas
liberas, cameras pannorum, sutorum, panum, ma=
cellas carnium, molendina cum piscinis quotquot
infra limites ejusdem haereditatis facere poterit vel
poterint sextum denarium de censu, tertium de qua=
libet re judicata duobus duntaxat pro nobis reservatis.
Licebit etiam dicto sculteto et suae posteritati infra

limites haereditatis praedictae piscari, venari ac alias etiam quascunque utilitates facere et excogitare poterit. Item pro ecclesia ibidem erigenda unum mansum liberum duos vero pro pellendo grege seu pro Scotnicza deputamus. Quae omnia idem Gosczici cum suis haeredibus et successoribus legittimis libere et pacifice possidebunt; removentes ibidem omnia jura polonicalia modos et consvetudines universas quae ipsum jus theutonicum perturbare consveverunt. Eximimus insuper et liberamus perpetuo scultetum et omnes incolas haereditatis praedictae ab omnibus juribus, jurisdictionibus et poenis omnium palatinorum, castellanorum, judicum, subjudicum regni nostri et ministerialium ipsorum, ita quod coram ipsis vel eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis puta furti sangvinis, homicidii, incendii, membrorum mutilationibus et aliis quiscunque citati minime respondere aut aliquis poenas solvere tenebuntur, sed tantum incolae coram suo sculteto, scultetus vero coram nobis aut judicio nostro dum tamen per litteram nostram sigillo nostro munitam evocatus fuerit tunc de se quaerulantibus jure suo theutonico mayburgensi respondere tenebuntur, pro causis autem criminalibus superius expressatis sculteto praefatae haereditatis judicandi, sententiandi, condempnandi et puniendi prout ipsum jus theutonicum in omnibus suis clausulis postulat plenam et omnimodam concedimus facultatem. Praeterea ut dicta villa Herzmanowka vulgariter nuncupata eo citius valeat colocare

ex nunc omnibus et singulis incolis ibidem locandis ab omni=
bus juribus, solutionibus, collectis, contributionibus, de pactatio=
nibus, a Sep, vecturis, conductibus, laboribus castrorum nostro=
rum, angariis et perangariis universis, quocunque nomine
censeantur infra viginti annos datam praesentium im=
mediate subsequentes plenam et omnimodam concedimus
libertatem, qua elapsa incolae dictae villae de quolibet
manso octo scotos ratione census nobis et nostris successo=
ribus, pro decima vero ad quem de jure pertinebit, per sex sco=
tos in festo beatissimi Martini confessoris singulis annis
perpetuis temporibus solvere tenebuntur. Caeterum excipi=
mus pro nobis tria magna judicia quae ter in anno fieri con=
sveverunt, ad quae nuntium nostrum destinabimus illic
praesidere in quibus tria prandia videlicet scultetus unum
et cmethones vero duo praedicto nostro nuntio aut octo
grossos singulis annis solvere sint astricti. Insuper prae=
dictus scultetus et sui posteri ad expeditionem generalem
in equo cum balista nobis et nostris successoribus perpe=
tuis temporibus servire tenebuntur. In cujus rei testimo=
nium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum
Cracoviae in Octava Corporis Christi Anno Domini
M°CCC°LX quinto; Praesentibus testibus Petro woyni=
ciensi, Swatopelkone siradiensi castellanis, Derskone
dicto Kopacz capitaneo dobrinensi, Bodzanta procuratore
generali, Andrea subjudice cracoviensi, Werzbantha de
Malostow et aliis multis fide dignis. Datum per manus
domini Janussii cancellarii regni Poloniae. Scriptum per
Jacobum notarium curiae nostrae regalis.

(Oblat. ad acta castri crac. fer. 2a ante fest. S. Jacobi
Apost. 1581 Libr. Relat. Tom VIII pag. 336-338 No. 418
ubi dicitur privilegium hoc super scultetiam in villa Brzma=
nowka in pergameno scriptum sigillo magno regis munitum fuisse)

Casimirus Magnus rex Poloniae vil=
lam Gawlow a bonis regalibus Niepo=
lomice dislimitat, eaedemque villae
jus theutonicum confert.

Cracoviae, Anno 1365, die 3. mensis Septembris.

In nomine Domini Amen. Quae regia magnificen=
tia ad perpetuam rei memoriam facere decreve=
rit nulli futurorum aliorum ea expedit violare.
Proinde nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae
nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Sira=
diae, Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniaeque dominus
et haeres Russiae, Ad notitiam praesentium et futu=
rorum cupimus devenire, quia veniens ad nostram
praesentiam dum in Niepolomice nostrae venationis
personaliter fueramus constituti, nobilis vir Leonar=
dus noster fidelis dilectus haeres de Gawlow nobis
humiliter supplicavit, ut propter violentias quas
nostri procuratores ac viceprocuratores de Niepolomice

eidem Leonardo cum suis hominibus faciunt, descenderemus ad conspiciendas granicies, quae ab antiquis temporibus sunt in suis circumferentiis inter Niepolomice et villam dictam Gawlow realiter limitatae: Nos vero habita diligenti consideratione fidelium obsequiorum ipsius Leonardi, quae nobis et nostrae majestatis genitori multis retroactis temporibus fideliter exhibuit et per exhibitionem eorundem in conspectu nostrae majestatis gratus esse meruit et acceptus, volentes eundem Leonardum speciali gratiarum nostrarum praerogativa horum intuitu reddere consolatum, ut non solum ipse Leonardus, sed etiam sui sequaces per hoc reddantur in antea ad nostra servitia promptiores sola propria in persona cum nostris baronibus nobiscum pro tunc existentibus et cum antiquis cmethonibus, quibus ex utraque parte Niepolomice et villae dictae Gawlow sub fide juramenti fore totum extitit, ad conspiciendum granities cum monticulis vulgariter dictis Kopce et arboribus cum quibus praedictae granities ex utraque parte sunt limitatae, descendimus gratiose. Primitus incipiendo a fluvio dicto Raba primo a villa dicta Mikluszowice, ubi a dextris prope villam Gawlow circa viam stant duae arbores quercinae et duo monticuli

dicti Kopce sub illis arboribus ulterius omnes
[illegible] vias ad sinistram manum dimittendo et viam
nostram a dextris pro veris granicciebus habendo,
quae limitat granicies inter villam Gawlow et Lu=
sthinam sive Niepolomice ubi a dextris viae ipsi=
us est lacus vulgariter dictus Lug; ulterius stat
arbor quercina cum monticulo per bonum spatium
stant duo monticuli a sinistris viae, quae adver=
sus Pusthinam sive Niepolomice inter quos est
arbor pineta recte in medio et a sinistra parte la=
cus dictus Lug vulgariter moratur, ab illis monti=
culis a dextris viae jacent montes usque ad pri=
mum fluvium dictum Thiczyna ubi stat a dextris
arbor quercina et una pineta, a primo fluvio Thuczyna
usque ad secundum fluvium Thuczyna, una via vadit
a dextris et alia via vadit a sinistris et una arbor cum
monticulo stat prope viam quae limitat granicies ante
tertium fluvium Thiczyna vadit via de Krzyzano=
wice versus Chwaliczow ad montem Crucis retro
tertiam Thiczynam est monticulus angularis et
ultimus a dextris ipsius villae limitantur de illo
monticulo recte per viam et ulterius per mericam
limites vadunt usque ad arborem quercinam cum fo=
ramine quod in medio est subtus monticulum et ab
illa arbore sunt arbores quercinae et pinetae subtus

cum monticulo tenen' Thiczynam, quae jam a sinis=
tris granicies cum lacu qui vulgariter dicitur Lug
penes lacum vadunt limites usque ad viam quae vadit
de Dziepolomice in Krzyzanowice, ubi circa viam stat
monticulus angularis ad quam viam fluit Ticzyna
per montes pertranseundo viam a dextris viae stat
arbor quercina cum monticulo, ab illa arbore vadit
via ad sinistram manum quae limitat granicies om=
nes alias vias a dextris dimittendo cum longis
montibus qui jacent a dextris sinistram viam
pro graniciis reservando usque ad finem longorum
montium, ubi in capite et ultimatim longorum
montium stat monticulus dictus Kopiec pertras=
eundo viam ab illo monticulo a sinistris viae stat
arbor pineta cum monticulo de illa arbore dimit=
tendo viam a dextris ad Krzyzanowice per bonum
adultum, usque ad unam arborem pinetam cum
monticulo, de illa arbore usque ad aliam arborem
pinetam ad bonum spatium cum monticulo et de
illa arbore vadunt granicies ad unam arborem quer=
cinam signatam, ubi est monticulus in capite vel in
principio montis, qui mons tendit versus lacum dic=
tum Swiatche ab illa arbore in monte per spatium
est alia arbor quercina cum monticulo, de illa arbore

in superficie montis est arbor quercina cum monti=
culo. De illa arbore per medium lacus Swiatehe
directe ex illa parte lacus stat arbor quercina
quae limitat usque ad granicies quae jacent inter
villam Krzyzanowice et villam dictam Gawlow, quae
granicies ulterius vadunt ad fluvium dictum Ra=
ba. Nos igitur videndo ipsius Leonardi meram in=
stantiam ipsam villam Gawlow prout ipsam con=
speximus in suo gyro circumferentialiter cum
nostris baronibus et antiquis emethonibus in lon=
gitudine et latitudine prout ipsa villa Gawlow ab
antiquis temporibus est limitata confirmavimus fore
juste limitatam, omnibus nostris procuratoribus,
viceprocuratoribus de Niepololomice, qui ipsam
villam Gawlow molestaverint in impedimento prae=
dictae villae perpetuum silentium imponentes,
conferentes ex speciali nostra gratia eidem Leonar=
do cum suis legitimis successoribus in suis
graniciebus per nostram majestatem conspectis,
feras omnium generum venandi scrophas pascen=
di pisces in suis lacubus piscandi, cum mellifi=
ciis quae vulgariter dicuntur Barczi, omnia prata
ac gramineta falcandi, silvas proprias pro usu suo

vendi et pro suis aedificiis excidi ad libitum pro=
priae suae voluntatis. Insuper ex speciali nostra
gratia volumus et ita ~~decernimus~~ decrevimus ip=
si Leonardo et suis legitimis successoribus ipsam
villam dictam Gawlow cum omnibus suis grani=
ciis et sylvis, mericiis quercinis, rubetis, agris ex=
tirpatis sive extirpandis ultimatim, etsi ipse
Leonardus cum suis legitimis successoribus ali=
quam villam de novo locaverit, de jure poloni=
co in jus theatonicum videlicet Maydemburgense
praesentibus duximus transferendum, removen=
tes perpetuis temporibus ibidem in villa Gaw=
low omnia jura polonicalia videlicet castellano=
rum, palatinorum, judicum, subjudicum et cae=
tera aliā jura, quae jus praedictum theutonicum
perturbare consueverunt. Quasi scultetus in
villa dicta Gawlow in causis magnis sive par=
vis cum suis cmethonibus ad aliqua alia jura
evocati extiterint, decernimus quod de caetero
scultetus coram suo domino Leonardo et suorum
successorum in curia domini sui, cmethones vero
coram ipsorum sculteto non alio jure nisi ipso=
rum jure theutonico maideburgensi ad objecta

judicialiter respondebunt. In cujus rei testimo=
nium sigillum nostrae majestatis praesentibus
est appensum. Actum et datum Cracoviae, Feria
quarta ante festum Nativitatis Mariae, sub anno
Domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo quin=
to, Praesentibus his testibus nobilibus et stre=
nuis viris dominis Andrea palatino cracoviensi,
Raphaele subcamerario sandomiriensi, Petro de
Szczekocin castellano sandecensi, Andrea subjū=
dice Cracoviensi, Petro castellano woynicensi,
Mathia de Strzelec et aliis nobilibus fide dignis.
Datum per manus domini Janussii cancellariae
regalis curiae nostrae

Casimirus (Magnus) rex Poloniae contractum emptionis advocatiae in civitate Wieliczka per Nicolaum Wirsing civem cracoviensem a Nicolao Gallico dicto Manentis cive januensi ratum habet.

Cracoviae, anno 1366, die 30 mensis Januarii.

In nomine domini Amen. Quoniam sepe sepius cunctorum perit memoria factorum nisi scriptis autenticis et testimonio fide digno fuerint roborata: Proinde nos Kazimirus dei gracia rex Polonie notum facimus quibus expedit universis publice attestantes: Quia vir discretus fidelis et honestus nomine Nicolaus dictus Wirsing cracoviensis civis a provido viro Nicolao Gallico dicto Manentis cive cracoviensi atque Januensi ab ejusque veris heredibus advocatiam in Wyeliczka seu Magno sale cum universis redditibus juribus et utilitatibus nullam prorsus pro se et heredibus suis retinendo partem prout ipsam advocatiam dudum emerat felicis recordationis a nostro genitore sua justa pecunia pro mille centum marc. magnorum grossorum pragensium coram nobis emit et comparavit nobis consentientibus sibi et suis legittimis heredibus perpetue valituram, Qui quidem Nicolaus Gallicus cum suis liberis accepta predicta pecunia integre et complete jam dictam advocatiam

sine diminutione cum singulis juribus et pertinentiis ei=
dem Nicolao et per eum ipsius haeredibus coram nobis
resignavit non coactus sed sua et suorum liberorum
spontanea voluntate. Praesentibus litteris hoc etiam
testamur quod praeter emptionem advocatiae jam dictae
pro mille centum marcis, ut praefertur, structura molen=
dini, emptio hortorum, arearum, macellorum, agrorum
et structura domus lapideae emptive et constructive
constant ad minus mille ducentas marcas Nicolaum
dictum Wirsing antedictum: volentes et in praesenti=
bus decernentes, ut praedictus Nicolaus Wirsing et sui
haeredes praedictam advocatiam cum utilitatibus et
omnibus proventibus non tantum qui nunc sunt, ve=
rum etiam et cum universis utilitatibus redditibus
et proventibus quos facere et excogitare poterit in
futuro, videlicet: construendo plura scamna pistorum
et sutorum, macella plura carnificum et fartorum quod
Kuthilhoff dicitur in vulgari, cameras pannicidorum,
cameras institorum stubam vel stubas balneales, hor=
tos, agros, area, molendina et piscinas, cum sexto de=
nario census tertio vero judicati et una marca grosso=
rum denariorum pragensium quolibet die sabbati vel
singulis septimanis, quae debetur ratione boni banci
salis, qui bonus bancus salis vigore privilegiorum per=
tinebat advocatiae antedictae ab antiquo dum ipsa ci=
vitas locaretur. Volentes itaque quod unus quisque zup=
parius in Wieliczka, qui zuppam nostram ibidem emerit,
convenerit aut in commisso ex parte nostra tenuerit, ipsi
Nicolao Wirsing antedicto et ipsius haeredibus antedic=
tam marcam singulis septimanis solvere teneatur. Ceterum
volumus in praesentibus statuentes, ut ipse Nicolaus, hae=
redes sui et universi cives de Wieliczka de se querulantibus

coram nullo palatinorum, castellanorum et quorumlibet nos=
trorum judicum teneantur respondere neque coram eisdem
comparere: verumtamen Nicolaus supradictus advocatus
et haeredes sui citati per litteram nostram nostro secreto
sigillo consignatam coram nobis tenebuntur stare aut compa=
rere querulantibus de se non alio jure quam theutonico
scilicet Noviforensi quo civitas ipsa est locata ad objec=
ta responsuri. Volumus etiam in praesentibus statuentes
ut in omnibus et singulis causis capitalibus, criminalibus,
membrorum mutilationibus et universaliter magnis sive
parvis cives praescriptae civitatis nullus debeat judicare,
nisi tantummodo Nicolaus Wirzing advocatus ejusdem
civitatis et ipsius legittimi successores. Nec volumus, imo
inhibemus ne aliquis se trahat ad curiam seu tribunal
nostrum extra judicium jam dictae civitatis nisi tunc
ipsi scabini et ipsorum sententia de injustitia durante
judicio arguantur. Item volumus presentibus decernen=
tes, quod saepedictus Nicolaus advocatus et legittimi
sui successores de praedicta sua advocatia et ipsius
advocatiae redditibus a quolibet servitio, taxatione et qua=
vis alia pensione sint liberi et penitus absoluti quemadmodum
in hac advocatia primitus ab antiquo, cujus non extat memo=
ria, extitit observatum, duntaxat hoc excepto, quod quan=
documque in terris nostris Cracoviae aut Sandomiriae
tantummodo, quod absit, fore guerram generalem, aut in eis=
dem terris nostris munitiones vallari contigerit per fortes
inimicos, extunc praedictus Nicolaus advocatus et sui hae=
redes duos Rumerios in platis cum aliis armis ad hoc spec=
tantibus in defensionem jam dictarum terrarum et muni=
tionem earundem nobis et nostris successoribus ~~pro adju=
torio~~ mittere tenebuntur. Insuper damus et conferimus saepe=
dicto Nicolao Virsing et ejus haeredibus omnimodam facul=
tatem advocatiam hujusmodi antedictam vendendi, commutan=
di donandi et ad usus proprios et haeredum ejus quomodolibet

convertendi, prout sibi et suis haeredibus videbitur utilius expedire communiter vel divisim. Notificamus insuper universis litteram per praesentem, quod quemadmodum piae memoriae genitor noster rex ejusdem regni Gerlacum olim de Culpen et haeredes ipsius saepedicta advocatia ante triginta duos annos privavit ex juditio sententionaliter suorum nobilium maturo consilio praelibato propter crimen laesae Majestatis quod perpatraverat in praedicto nostro genitore et in nobis: contra nos veros dominos et haeredes principes extraneos in exterminium nostrum inducendo, milites cives et quosvis pauperes nostros ~~[illegible]~~ occidendo, spoliando et terras nostras concremando, hominesque nostros in eadem terra comburrendo: Sic et nunc nostrorum baronum maturo consilio praehabito et inito jam dictam privationem sententiatam genitoris nostri antedicti ratificamus ex judicio sententialiter praesentibus ex certa scientia confirmamus, omnia et singula privilegia super saepefata advocatia, cujuscunque tenoris existant vel vigoris, habita per quempiam de genelogia Gerlaci antedicti irrita nunciantes cassamus et pronuntiamus in his scriptis nullius fore valoris seu momenti. In quorum omnium evidentiam et cognitionem plenariam nostrum sigillum regale praesentibus duximus appendendum. Actum Cracoviae, Anno Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, Feria sexta ante Purificationem beatae Mariae virginis gloriosae. Praesentibus hijs testibus: comite Spitmiro castellano, Mstigneo palatino cracoviensibus, Petro sandomiriensi, Andrea radomiensi castellanis, Dirscone dapifero et Jeskone dicto Jura succamerario cracoviensi, et aliis pluribus fide dignis. Datum per manus domini Sbignei cancellarii et praepositi cracoviensis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 71-78)

Casimirus (Magnus) Rex Poloniae

Gregorio episcopo Armenorum facul=
tatem manendi in civitate Leopo=
liensi confert.

Leopoli, Anno 1367 die 20 mensis Januarii.

Nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae etc.
Notum facimus quibus expedit universis, quod
ob probitatis vitae domini Gregorii Episcopi
Armenorum et legalitatis industriam, quibus apud
nos fidedignorum testimonio commendatur, ei=
dem domino Gregorio in nostra civitate Lem=
burga residentiam personalem faciendi, in suo
jure et fide permanendi et perseverandi et ipsis
utendi modo et consuetudine Armenorum damus
et concedimus plenam et omnimodam facultatem,
inhibentes universis et singulis capitaneis, burgra=
biis, caeterisque officialibus in Regno nostro con=
stitutis, de gratia nostra dationis seu largitionis

indultum, memoratum dominum Gregorium in promissis et quolibet promissorum impediant, sed potius promoveant, nostrae gratiae sub obtentu, et nostrarum testimonio literarum Sigillum Maiestatis nostrae subappensum. Datum in Lemburga, in Vigilia beatae Agnetis Virginis gloriosae, Sub Anno Domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo septimo.

(Ex MSS. Archivi Regni, Sub Transumpt. Vladislai IV – Teki Ad. Naruszewicza Tom VII, Nr. 64.)

Casimirus Magnus Rex Poloniae ad petitionem Johannis dicti Kmytha haeredis de Wysznicze capitanei terrae nostrae Russiae, nobilis et strenui militis confirmat subsequens privilegium Boleslai Ducis Cracoviae cum ipsius sigillo. – Datum in Drugna, in die b. Bartholomei Apost. (24 Augusti) 1368 – Praesentibus: Magnifico duce Alexandro Coriati, Wilczkone castellano, Pelka judice Sandomi: [redacted] riensibus, Przedborio subdapifero, Morzugio subcame: rario et Andrea Subjudice Cracoviensibus. (Oryg. na pergaminie z pieczęcią majestat. na sznurku jedwabnym czerwonym i zielonym – u Edmunda hr. Starzeńskiego w Mogielnicy.)

Boleslaus Dux Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae (?) propter multiplicia servitia, quae strenuus miles d. Oceslaus haeres de Wysznicze exhibuit, villas ipsius: Conussza, magnum et parvum Wysnicze, (w Król. Pols.), Damyanicze, Lipnicia, Lomna, Cobila, Pogors [illegible] (Pogorska wola) et kmethones illarum eximit ab omnibus iurisdictionibus palatinorum, castellanorum, cum facultate ut coram suis scultetis iure Theutonico franconico respondeant, et liberat ab omnibus solutionibus, laboribus, a solutione frumentorum dicta Sep, a Vacca, bove, porco, ove, Sstan, Przevod, Stroza. Insuper damus domino Oceslao et suis successoribus unum centenarium de sale grosso et unum coretum de sale minuto in Zuppa nostra Bochnensi pro sua coquina qualibet septimana perpetue recipiendos. Actum Cracoviae a. 1286 (Bolesław † 1279) XVI Calendas Decembris. Praesentibus Laurentio judice Crac. Woyslao castellano de Brzesk, Adam camerario ducissae, Johanne agazone Cracov. Johanne agazone Sandomirien., Nicolao haerede de Negowa. (fałszywy)
(Druk. w Akta grodzkie i ziemskie. Lwów 1878. Tom VII, str. 10, Nr. 7.)

Iwo de Obychow castellanus Srzemensis capitaneus Russiae generalis significat, quod Iwaschko et Lucas fratres germani de Bircza, villam eorum Bereska in districtu Premisliensi pro 55 marc. numeri et ponderis polonicalis vendiderunt strenuis Petro Lunak subpincernae Sandomiriensi et Nicolao fratribus germanis de Wisnycze.

In Premislia, A. 1418 feria 2a infra Octavam Corporis Christi (30 Maji)

—

(Druk. w Akta grodzkie Tom VII. Lwów 1878 str. 61 Nr. 30 podług oryginału pergaminowego znajdującego się w Bibliotece Ossolińskich.)

Wladislaus (Varnensis) Rex Pol. attendens fidelitatis obsequia generosi Dobeslai Knithe de Wiszniecze praesertim in hac via hungaricali cum familia armata, intercedit pro debito ejus 100 marc. pol. apud Nobilem Nicolaum Wroczinski contracto, quas 100 marcas Rex eidem Nicolao super villa regali Wroczinicze (Wrocanka?) in terra Sanocensi inscribit et assecurat.

In loco campestri circa fluvium Mura 1441 feria 5a ante dominicam: Ne longe. (niedziela palmowa?)

(Druk w Akta grodzkie Tom VII Lwow 1878 str. 82 Nr. 42)

Casimirus magnus rex Poloniae Nicolao de Nissa locandae villae Głęboka jure theutonico confert facultatem

In Dębowiec, anno 1369, die 26 mensis Augusti.

In nomine Domini Amen. Quod magnifica regum decrevit fieri authoritas, ratum atque stabile temporibus perpetuis debet permanere. Proinde nos Kazimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres: Notum facimus tam praesentibus quam futuris quibus expedit universis: Quod cupientes nostram et regni nostri utilitatem peramplius dilatare, regnumque nostrum in districtu Byecensi per extirpationem nemorum limpidius reformare, provido viro Nicolao villam nostram

quam volumus Glemboka vulgariter nominare circa Byecz civitatem situatam super fluvium dictum Grodna ex utraque parte ipsius fluvii viginti mansos in se continentem jure theutonico maydem=burgensi damus et concedimus locandi plenam po=testatem eidem Nicolao de Nyssa et haeredibus successoribusque suis legittimis. Ratione locatio=nis scultetiae in dicta villa nostra cum redditi=bus, utilitatibus et proventibus subscriptis, vi=delicet duos mansos, tabernam cum braseatorio, molendinum cum piscina, duos hortos, unum pro taberna et alium pro pastore gregis, mensam scilicet primam carnificum, piscinas quotquot ibidem facere poterit, damnis non obstantibus ibi=dem cmethonum, venationem leporum, vulpium et avium quarumcunque, sextum denarium de cen=su, tertium denarium de re qualibet judicata, unum mansum pro grege pellendo quae Skothnycza dici=tur, tenendum, habendum, vendendum, commutan=dum, alienandum et in usus suos beneplacitos convertendum ac possidendum pro viginti marcis grossorum pragensium xlviij grossos pro quali=bet marca computando titulo emptionis assignamus, decernimus et edicto statuimus ut quilibet cmetho jam dictae villae de quolibet manso solubili octo

scotos pro censu et fertonem pro decima cui debebitur de jure, expirata libertate in festo sancti Martini confessoris annis singulis temporibus perpetuis dare et solvere, Scultetus vero praefatus ad quamlibet expeditionem generalem in equo armatus pancerio, cirotecis et pileo ferreis decenter expeditus nobis et nostris successoribus teneantur. Absolvimus insuper eximimus et liberamus scultetum nec non omnes et singulos cmetones et incolas villae nostrae supradictae ab omnibus potestatibus, juribus et judiciis regni nostri omnium palatinorum, castellanorum, judicum, subjudicum et ministerialium eorundem universorum, ita quod coram ipsis aut aliquo ipsorum tam pro magnis quam pro parvis causis et puta furti, sangvinis, homicidii, incendii ac aliis quibusvis causis citati minime respondebunt, sed tantum cmethones, coloni et incolae praedictae villae coram ipsorum sculteto qui fuerit pro tempore, scultetus vero coram nobis aut judicio nostro generali, dum tamen per litteram nostram sigillo nostro munitam citatus fuerit, tunc de se querulantibus jure theutonico maydemburgensi cuilibet ad objecta respondebunt. In causis autem criminalibus et capitalibus sculteto et ipsius successoribus legittimis judicandi, sententiandi, puniendi et condemnandi damus omnimodam facultatem, prout jus

theutonicum maydemburgense in suis omnibus articulis punctis et clausulis postulat et requirit, juribus nostris regalibus duntaxat exceptis, Harum sub nostrae magnificentiae sigillo testimonio litterarum. Actum in Dembowij dzyal feria quinta infra octavam Assumptionis Beatae Virginis Mariae, Anno Domini Millesimo CCC sexagesimo nono, Praesentibus his dominis Nicolao judice Cracoviensi, Przedborio Cracoviensi, Derskone sandomiriensi subdapiferis, Zavissio Cracoviensi, Johanne sandomiriensi archidiaconis, Bodzanta procuratore generali et aliis multis fide dignis. Datum per manus Johannis de Czarnkow archidiaconi gnesnensis et vicecancellarii regni nostri. Scripsit Albertus Clementis de Polonia notarius curiae nostrae regalis.

(Oblatum fer. 4a infra Octavas Corporis Christi 1538 ad acta castr. cracov. Libr. Inscript. castr. cracov. Anni 1538. Tom. 50)

Johannes (de Melsztyn) castellanus cracoviensis recognoscit nobilem Ratoldum de Czyrzyc pascua civitati Wieliczka contigua penes villam Taszyce, consulibus civitatis Wieliczka vendidisse.

Cracoviae, anno 1372, die 5. mensis Februarii.

Nos Johannes castellanus cracoviensis capitaneus per serenissimum principem Ludovicum Dei gratia regem Ungariae, Poloniae et Dalmatiae et ejus genitricem dominam Elizabeth substitutus notum facimus quibus expedit universis: quod nobilis vir Ratoldus haeres de Czyrzycz tanquam legitimus venditor accedens nostram ad praesentiam oretenus, non coactus nec compulsus sed bona deliberatione recognovit se pascua circa civitatem dictam Wyelyczka adjacentia et inter montem dictum Kloszow et inter villam Thaszycze in suis metis aut gadibus prout solus possidebat limitatas et distincta nomine commutationis Olbrachtoni et Jurkoni dicto Pyskorz Johanni et Volmano protunc consulibus totius communitati civitatis pro area in civitate Wyelyczka jacente circa montem dictum Kowonka et pro sexaginta marcis grossorum pragensium in perpetuum vendidisse, quas sexaginta

marcas grossorum eidem Radoldo foro contracto persolverunt, quae dicta pascua vendidit, dedit et libere resignavit dictae civitati tenenda, habenda et in perpetuum possidenda et ad usus suos beneplacitos convertenda. Actum et datum in Cracovia in die beatae Agathae, Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo secundo; Coram hijs testibus nobilibus Janussio decano et cancellario cracoviensi, Msczuijo subcamerario cracoviensi, domino judice de Czechow, domino Lascone dicto Sloczeij haerede, Jacussio dicto Perczel, Dyonisio judice castellani cracoviensis in Szlomnyk et aliis testibus quam plurimis fide dignis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum apposuimus ad evidentiam pleniorem.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 198–200)

Elisabeth filia Vladislai Loctici relicta Caroli Roberti Andegavensis regis Hungariae decimas ex villa Szczytniki ecclesiae in Proszowice confert.

Cracoviae, anno 1372 die 5 mensis Aprilis.

In nomine Domini, Amen. Helisabeth Dei gratia regina Hungariae et Poloniae senior, Notum facimus universis: Quia cum ab olim per serenissimum principem dominum Kazimirum regem quondam Poloniae fratrem nostrum carissimum fuisset facta donatio haereditatis in Scitniki fideli Petrlino suo familiari decimis vero duntaxat exceptis in pium usum convertendis, decimis tamen ex praefatis post agros et araturas Petrlini praedicti in Scitniki quae ad pia opera et in elemosinas per ipsum essent convertenda: Nos vero inductae instructu et zelo pietatis ipsius salutem cupientes obtinere, ob remedium ipsius animae

decimas praedictas post agros et araturas ipsius Petrlini in Sczytniki de consensu diocesani Cracoviensis addamus et assignamus ac donamus ecclesiae Sancti Johannis in Proszowicze nostrae collationis, ascribentes easdem decimas eidem ecclesiae in Proszowicze post omnes agros et araturas Petrlini in Sczytniki praedicti perpetuis temporibus, in qua ecclesia vigiliae et missae singulis quatuor temporibus pro salute ipsius animae per plebanum aut ipsius ministros efficaciter peragantur veluti etiam praedictae decimae cujuslibet seminis ad praedictam ecclesiam in Proszowicze in antea integraliter pertinebant. Quam quidem donationem volumus esse perpetuam, ipsum Petrlinum et ipsius successores ad praedicta astringentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae feria secunda post Conductum Paschae, Anno Domini Millesimo Trecentesimo septuagesimo secundo, Praesentibus Johanne cracoviensi, Raphaele visliciensi castellanis, Nicolao judice, Andrea subjudice cracoviensibus, Andrea castellano zarnoviensi et Iwano

de Rogow et aliis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus Janussii Doctoris Decretorum decani et cancellarii cracoviensis et Zawiszae archidiaconi cracoviensis et vicecancellarii regni Poloniae nostrorum fidelium.

(Oblat. fer. 4a post domin. Judica 1604 ad acta castr. cracov. per Adamum Romerium Stęzycensem canonicum ecclesiae S. Floriani Clepardiae et plebanum Proszovicensem – ubi memoratur originale in pergameno scriptum sigillo pensili cereo tria insignia cum corona in se continente munitum fuisse. – Libr. Relat. Anni 1604 Tom. 31)

Elisabeth (filia Vladislai Locticii, uxor relicta Caroli Roberti Andegavensis regis Hungariae) regina Hungariae et Poloniae cives de Wieliczka a solutione thelonei per fluvium Skawina liberat.

Cracoviae, anno 1372 die 22 mensis Aprilis.

Nos Elizabeth dei gracia senior regina Ungarie et Polonie tenore presentium declaramus quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris, quia providos viros cives in Wieliczka nostros fideles in ea gratia et libertate, quam preclarus princeps dominus Kazimirus pie recordationis olim rex Poloniae frater noster charissimus ipsis donavit, ipsos a solutione thelonei per fluvium Skawina liberando et absolvendo perpetuo ab eodem, prout ex privilegio ipsius fratris nostri cognovimus sufficienter, gratiose conservare volentes, de benignitate nostrae regiae majestatis commodum et utilitatem dictorum civium nostrorum in hoc praetendendo: ex nunc praedictos cives nostros de Wyeliczka

et eorum quemlibet qui propria mercimonia hinc=
inde quotienscumque transierint a solutione supra=
dicti thelonei per fluvium Skawyna ducendo
absolvimus in totum et penitus liberamus per
presentes, omnibus et singulis theloneatoribus
qui pro tempore fuerint ibidem in Skawyna prae=
sentibus requisiti firmiter prohibendo, ne a dictis
civibus nostris de Wieliczka, qui propria mer=
cimonia duxerint, prout superius est expressum,
aliquod theloneum exigere seu recipere presu=
mant gratie nostre sub obtentu. Harum nos=
trarum testimonio litterarum. Datum Craco=
wie in vigilia sancti Adalberti episcopi et
martiris gloriosi. Sub Anno Domini Millesi=
mo trecentesimo septuagesimo secundo.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum
civitatis Wieliczka per Felicem Lovi=
censem notarium a. 1552 exarato
pag. 93-94)

Vladislaus dux opoliensis mercatoribus thoruniensibus et prutenicis facultatem negotiandi in terris Russiae rubrae, eisdemque securum transitum cum mercimoniis concedit.

In Sanok, anno 1372, die 13 mensis Septembris.

Nos Ladislaus Dei gracia dux Opoliensis Velunensis terreque Russie dominus et heres notum facimus tenore presencium universis, quod nos ad instanciam venerabilis viri domini Winrici magistri generalis terre Prussie, amici et fautoris nostri carissimi damus et concedimus universis et singulis civibus et mercatoribus de Thorun et de terra Prussie plenam et omnimodam securitatem ad nos et ad civitates atque terras nostras Russie super protectionem nostram cum bonis ipsorum et rebus atque mercimoniis quibuscunque veniendi, ibidemque morandi, negociandi et cum quocunque ac quibuscunque mercandi sub theoloneis debitis et antiquis perpetuo duraturam. Volumus eciam

ut cives et mercatores praedicti in eisdem civitatibus et
terris nostris pro se et bonis ipsorum, rebusque et mercimo=
niis adductis et adducendis, tam in emendo quam in vendendo
per se et per interpretes universis et singulis juribus, li=
bertatibus et consvetudinibus sicut ab antiquis temporibus
circa nostros praedecessores usi fuerunt, ita nunc tempore
nostro uti debeant libere et gaudere. In cujus evidens testi=
monium firmitatemque certiorem praesentes scribi fecimus
nostri sigilli appensione assignatas. Datum in Sanok feria
secunda post festum Sancti Nycolai confessoris Anno Domi=
ni Millesimo trecentesimo septuagesimo secundo.

Orig. cum sigillo in archivo Magistra=
tus Thorunensis cust.
Voigt Codex dipl. prussicus
T. III p. 143 No. 106

Ludovicus Andegavensis Rex Hungariae et Poloniae officialibus regni Poloniae mandat, ut mercatoribus thoruniensibus liberum transitum cum mercimoniis ad partes Russiae rubrae permittant.

Cassoviae, anno 1372, die 6 mensis Octobris.

Lodovicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. fidelibus suis universis prelatis, baronibus, capitaneis, castellanis, militibus, nobilibus et teoloniariis, aliis etiam cujusvis status et preheminencie regni sui Polonie hominibus regiam graciam cum favore. Cum nos habita deliberatione cum domina regina genetrice nostra carissima annuerimus ut mercatores de Torun ad Rusciam per stratam publicam tempore olim domini regis Polonie fratris nostri consuetam solutis justis tributis procedere possint et abhinc redire salvis suis rebus et personis, ita ut dum eosdem mercatores ab ingressu ipsius regni Ruscie prohibere voluerimus tunc ante sex menses eis presciri damus nostram in hac parte intentionem ut [redacted] per ipsos sex menses de ipsa Ruscia extrahere valeant sua bona sine dampno. Mandavimus igitur fidelitati vestrae per praesentes quatenus a modo et deinceps dictos mercatores de Torun juxta premissam nostram commissionem cum suis mercantiis ad Rusciam receptis justis teoloniis ire permittatis semper et redire

libere et expedite et dum eos ab hujusmodi via forsitan aliqua ratione prohibueritis, tunc eis detis inducias sex mensium per quos iidem de dicto regno Rusie excipere possint suas res sine molestia aliquali: et aliud pro nostra gratia non facietis. Datum Cassovie in octava festi beati Michaelis archangeli, Anno Domini M° CCC° LXX° tercio

Oryg cum sigillo in archiwo magist Thorun.

Voigt III p. 150 N° 113.

Ludovicus (Andegavensis) rex Hungariae et Poloniae mercatoribus thoruniensibus liberum transitum cum mercimoniis ad partes Russiae rubrae et civitatem Leopolim soluto interdicto concedit.

Cassoviae, anno 1372 die 6. mensis Octobris.

Providis viris judicibus, consulibus scabinis et civibus de Thorun, amicis suis. – Lodovicus Dei gratia Rex Ungarie, Polonie, Dalmacie etc. Amici carissimi. Quamvis alias universos mercatores de Thorun pro eo, quia vos mercatores regnorum nostrorum tam in mutatione pannorum et commutatione pecuniarum, quam in aliis factis diversimode perturbatis ab ingressu regni Ruscie et civitatis Lemburgae prohibuerimus, tamen nunc petitionibus vestris amicabiliter inducti, eisdem mercatoribus de Thorun liberum transitum per stratam publicam tempore olim domini Kazimiri regis Polonie fratris nostri bonae memoriae consvetam duximus usque ad nostram beneplacitam voluntatem annuendum, ita ut dicti mercatores de Torun solutis justis teloneis a modo et deinceps tute et expedite per ipsam viam publicam alias consvetam ad Rusciam ire possint et redire. Dum autem aliqua ratione interveniente dictos mercatores de Torun reinterdicere voluerimus, tunc vobis et eis ante sex menses iidem mercatores sua bona de Ruscia extrahere possint sine dampno, requirentes vos affectuose ut mercatores

nostros et regnorum nostrorum ea benignitate et favore pertractare velitis, quibus nos vestrates pertractabimus et quibus tempore olim ipsius fratris nostri specialiter in praemissis mutationibus et commutationibus fuere prosequuti. Datum Cassovie, in octava festi beati Michaelis archangeli Anno LXX^mo III°.

Orygin. in Thorun

Voigt III p. 149 Nr. 119

Judicium terrestre cracoviense recognoscit, nobiles Thomam et Florianum haeredes de Lednica, partem haereditatis suae Klossów et Szydłówka dictam civibus de Wieliczka vendidisse.

tertiam partem

Cracoviae, anno 1373, die 19 mensis Maji.

Nos Nicolaus judex et Andreas subjudex generales terrae cracoviensis notum facimus quibus expedit universis praesentem litteram inspecturis: quod accedentes ad nostram assessorumque nostrorum praesentiam nobiles viri Thomssyk ac Florianus haeredes de Lyednycza non compulsi nec coacti, sed sani mente pariter et corpore existentes partem haereditatis ante Wyelyczkam sitam in campis et rubetis vulgariter dicta Kloszow et Schydlowkam incipiendo a metis Martini usque ad granities Ratholdi cum omnibus juribus, dominiis, ac aliis utilitatibus ex eis provenientibus, prout alias soli tenuerunt honestis viris dominis civibus de Wyelyczka pro triginta marcis grossorum pragensium numeri polonicalis quamlibet marcam per quadraginta octo grossos computando rite et ratio=

nabiliter vendiderunt, ipsaque campos et rubeta tenenda, habenda, vendenda commutanda, alienanda et in usus suos beneplacitos convertenda ac per ipsos eorumque posessores et successores legittimos perpetuis temporibus pacifice possidenda coram nobis voluntarie et jure haereditario resignaverunt. In quorum evidentiam nostra sigilla praesentibus duximus appendenda. Actum et datum Cracoviae tempore colloquii in crastino beati Stanislai tempore Maij, Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, Praesentibus his dominis Johanne castellano, Dobeslao palatino, Johanne cancellario, Erasmio succamerario cracoviensibus, Andrea zarnoviensi, Petro sandecensi castellanis et aliis multis personis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 143-145)

Ladislaus Dux Opoliensis dominus Russiae et Wielunensis, Przybislao filio Phal de terra Lanciiiae pro fidelibus obsequiis donat villam Zablonicza in districtu Sanocensi prope flumen San, incipiendo a metis villae Wolosze (Wołodz koło Brzozy) ex una parte, et Ulicz (Ulucz nad Sanem) ex alia parte, jure polonicali possidendam, cum conditione ut de qualibet curia annuatim 2 grossos latos solvat, et cum uno balistario in equo ad quamlibet expeditionem serviat. – Praesentibus: Petro Brun milite, Veslao Roza, Stephano de Ribczyez, Michaele Gal, Thomcone Scalca, Thomcone Waszota palatino Sanocensi et Johanne de Glogovia protonotario.

In Sanok, Anno 1373, feria 3a infra Octavas Ascensionis Domini (31 Maji).

(Druk w Akta grodzkie. Lwów 1878 Tom VII str. 15, Nr. 9)

Gregorius XI papa vicario ordinis S. Francisci fratrum minorum concedit facultatem administrandi sacramenta neoconversis in terra Leopoliensi et aliis Russiae partibus non obstante jurisdictione episcopi Lubusensis

In Villa nova, a. 1373, d. 21 mensis Julii.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis universis et singulis neophytis quarumcunque nationum in terra Lemburgae et aliis Russiae partibus constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Laetamur in Domino filii, et ei humillimas gratiarum actiones exsolvimus, quod de infidelitatis tenebris et haeresum ac schismaticis erroribus vos misericorditer eduxit ac perduxit ad lumen catholicae veritatis. Quapropter vestrarum animarum obviare periculis, ac vestrae consolationi providere salubriter cupientes, vestris precibus inclinati, dilecto filio Vicario dilecti filii ministri generalis ordinis fratrum minorum in partibus Russiae deputato, vobis ministrandi ecclesiastica sacramenta ac omnibus aliis privilegiis, eis ab apostolica sede concessis, usque ad beneplacitum dictae sedis utendi, non obstante contradictione venerabilis fratris nostri episcopi Lubuzensis seu Lubucensis, qui in eisdem partibus ordinariam jurisdictionem habere se asserit, et alterius cujuscunque authoritate apostolica hodie concessimus facultatem. Quare fidelitatem vestram hortamur in Domino, quatenus conversionis vestrae ad fidem catholicam eximiam gratiam, vobis datam a Deo, in humilitatis spiritu et virtute constantiae

recognoscentes, perseverantes sitis in fide praefata, nec ab ea propter ullas tentationes et scandala recedatis, sed cum invocatione divinae gratiae per vestrae perseverantiae et aliorum vestrorum bonorum operum exempla, alios de nationibus vestris in hujusmodi tenebris et erroribus persistentes ad dictam fidem adducere satagatis, ut post hujus vitae exitum non solum vestras sed et eorum animas mereamur Altissimo praesentare. Datum apud Villam novam Avionensis dioecesis, XII Cal. Aug. Pontificatus nostri anno tertio, Incarnationis Domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo tertio.

Corona fol. 4.

Krzywosand haeres de Czarna poremba scultetiam ibidem Michaeli et Nicolao fratribus vendit.

Cracoviae, anno 1373, die 12 mensis Octobris.

(Cum confirmatione Judicii supremi juris teutonici in castro cracoviensi data 1375 die 27 Junii.

Nos Stephanus Gallicus civis cracoviensis nec non scultetus de Bronowicze polonicali prout judex seu advocatus supremi judicii juris teutunici in castro cracoviensi per magnificum principem dominum ac dominum Lodvigum Dei gratia regem Poloniae, Ungariaeque serenissimum ad hoc specialiter deputatus una cum scabinis ejusdem judicii infrascripti notum facimus per praesentes quibus expedit universis protestantes: Quod veniens ad nostram nostrorumque assessorum praesentiam nobilis vir dominus Crziwosand haeres de Czarna poramba fassus est in judicio bannito et publice recognovit se vendidisse scultetiam

in eadem villa Czarnaporamba discretis viris Michaeli et Nicolao fratribus germanis et eorum legitthimis haeredibus pro pecunia quae in tenore ipsius privilegii inferius patebit. In qua scultetia volens ipsos Michaelem et Nicolaum praefatos fratres germanos tutius et melius certificare, coram nobis constitutus in judicio praenominato una cum Michaele et Nicolao scultetis praedictis villae praevocatae privilegium super eandem scultetiam posuit et praesentavit supplicans pacifice et quiete ut id idem privilegium propter meliorem firmitatem nostro judiciali privilegio dignaremur confirmare, cujus tenor sequitur in haec verba:

In nomine domini Amen. Noverint universi praesentium notitiam habituri: quod nos Krzywosand haeres de Czarnaporamba volens conditionem nostrorum bonorum facere meliorem, haereditatem nostram praedictam discretis viris Michaeli et Nicolao fratribus germanis et eorum legitthimis ~~[illegible]~~ haeredibus rite et rationabiliter scultetiam in eadem villa dicta Czarnaporamba pro quadraginta marcis grossorum pragensium numeri

terrae Cracoviensis, ratione cujus sculteliae assignamus eisdem Michaeli et Nicolao duos mansos franconicos liberos, tabernam, molendinum, macellum carnium panium, sutorum et fabrile, sextum denarium de censu ac tertium denarium judicati hoc adjecto, quod nec nos Krzywosand nec nostri posteri suo tempore in eadem haereditate tabernam et molendinum in dictorum sculletorum praejudicium erigere non valeant quovis modo. Damus etiam dictis Michaeli et Nicolao et eorum legittimis haeredibus ex opposito dictorum mansorum rubeta quae ad aquam dictam Wartha extenduntur ad locanda mellificia tot quot eorum placuerit voluntati damus etiam dictos scultetos et eorum haeredes legittimos ab omnibus servitiis et expeditionibus habere penitus supportatos: solum quod infra distantiam haereditatum nostrarum nobis more solito servire tenebuntur. Concedimus etiam eisdem sculletis et eorum haeredibus unum grossum de pecuniis juramentorum et oborzne sic videlicet de equo et bove seu eorum femellis non plus nisi quatuor denarios recipere praesumerit. Incolae autem qui in dicta haereditate

Czarna poramba nunc resident, per sedecim annos
a data praesentium tam a censibus nostris,
quam a decima infra sedecim annos concedi=
mus, locando vero in posterum per viginti an=
nos plenam concedimus libertatem, qua exple=
ta de quolibet manso franconico decem scotos
pragenses nobis pro censu et domino episco=
po cracoviensi sex scotos grossorum eorun=
dem pro decima annis singulis in festo
sancti Martini de mense Novembri solve=
re tenebuntur, nec non ter anno nobis facient
prandia duo incolae et tertium prandium
sculteti et pro quolibet prandiorum praedicto=
rum duodecim grossos bohemicales ponendum,
quod volumus nobis solvant ac insuper de quolibet
laneo pro honore nostro ad festum Nativitatis
Virginis gloriosae duos pullos, ad festum Pas=
chae triginta ova et duos caseos annis sin=
gulis solvere sunt adstricti, permittendo scul=
tetis praedictis, ut eandem sculteciam suam
vendendi, permutandi, seu alias quovis modo
alienandi, ~~[illegible]~~ de nostra licentia et consensu
liberam habeant facultatem. Ne autem praedicta
nostra venditio quovis modo in posterum per=

turbetur ipsam in praesenti charta ad perpetuam memoriam conscribi fecimus, et nostri sigilli quo utimur appensione muniri. Actum et datum Cracoviae, Quarto Idus Octobris, Anno Domini M°CCC°LXX tertio; Praesentibus nobilibus et discretis viris dominis Joanne haerede Tuczina, Szegotha de Poramba, Martino de Wroszno, Johanne de Chelm, Petro de Mosgawa, Sandkone de Piotrowicze et aliis quam plurimis fide dignis.

Nos vero acclinati petitionibus ipsius domini Crzywosandi haeredis praenotati et scultetorum prius dictorum videlicet Michaelis et Nicolai de maturo consilio nostrorum superius dictorum assessorum praesens privilegium scribi fecimus excellenti sigillo illustrissimi domini Regis superius dicti quo specialiter ex demandato ipsius utimur munimine roborari. Actum et datum in castro Cracoviensi feria quarta infra octavam Sancti Joannis Baptistae, sub Anno Domini M°CCC°LXX quinto; Praesentibus his famosis et discretis viris Martino de Luborza, Stephano de Croniszow, Petro dicto Cosarz de Slomnik, (Broniszow)

Stanislao de Glogoszow, Miroslao de Subrowicz scultetis, Dnikone et Paulo dicto Biskupecz civibus cracoviensibus ac juratis et aliis quam plurimis fide dignis.

(Oblat. ad acta cracov. fer. 4a post dominicam Jubilate 1586 in Libr. Relat. Tom XII ubi memoratur originale in pergameno scriptum sigillo pensili munitum fuisse.)

Ladislaus Dux Opoliensis, Welunensis et Russiae, dilecto Benconi de Kuchar, ut cum uxore et pueris suis residentiam personalem in terra Russiae propter carentiam populi faciat, donat villas Zabokruky et Branicze (?) contiguas in districtu Lemburgensi, cum conditione ut de quolibet fumo seu qualibet domo 2 grossos latos vel 4 parvos pro censu camerae ducali annuatim solvat, et in expeditione cum una hasta et duobus sagittariis serviat. – Praesentibus: Jeskone Kmitha, Jeskone Kustra, Petro Brun, Dobeslao Chalasca de Martinowicz, Jenkone de Owczuch, Andreaschone burgravio Sudaczoviensi et Johanne de Glogovia cancellario curiae.

In Lemburg, Anno 1374 in crastino Nativitatis B. Mariae V. (9 Septembris)

—

(Druk w Akta grodzkie. Lwów 1878. Tom VII, str. 15, Nr. 10.)

Elisabeth (filia Vladislai Lokticii, uxor relicta Caroli Roberti Andegavensis, regis Hungariae) regina Hungariae et Poloniae venditionem partis haereditatis dictae Kłossów per Andream haeredem de Krzydlna civibus vieliciensibus confirmat.

quartam partem

Cracoviae, anno 1375 die 14 mensis Junii.

In nomine domini Amen. Nos Elizabeth dei gratia Ungariae et Poloniae senior regina universis tam praesentibus quam futuris tenore praesentium declaramus: Quia ad nostram et baronum nostrorum praesentiam accedentes fideles nostri videlicet strenuus miles Andreas marsalcus mazowiensis haeres de Krzydlna, et cives de Wyelyczka, sani mente et corpore existentes, non compulsi nec coacti, nec aliquo dolo circumventi sed spontanea voluntate ac de bona deliberatione sui animi sane prehabita: idem Andreas suam sortem seu quandam partem haereditatis ad aliam hereditatem dictam vulgariter Closs alias civibus praedictis per Ratholdum pro sexaginta marcis grossorum venditam pertinentem, contiguam civitati nostrae Wyelitiensi seu ante

foras civitatis praefatae situatam cum omni jure et dominio nec non omnibus et singulis utilitatibus adeandem sortem sive partem haereditatis in terra et aqua, silvis, rubetis, agris, pascuis et universis pertinentiis quomodolibet ad dictam partem hae-reditatis nunc vel in futuro jure haereditario spec-tantibus, prout ipsa in suis circumferentialibus gra-nitiis ab antiquo noscitur esse distincta et limitata, et ut ipse Andreas solus tenebat eandem suo et suo-rum fratrum ac proximorum nomine pro viginti marcis et duabus grossorum latorum pragensium numeri polonicalis tunc currentis quadraginta octo grossos pro marca qualibet computando supradictis civibus ad usum communem ejusdem civitatis libe-re vendidit: eumque campum sive partem haeredi-tatis praetactae titulo venditionis a se et a suis proximis perpetuo resignavit eisdem civibus et eorum successoribus legittimis supradictam partem haereditatis perpetuis temporibus tenendam ha-bendam et possidendam nec non vendendam, donan-dam et commutandam ac pro ipsorum voluntate posterorum quovis titulo alienationis libere con-vertendam. Insuper saepefatus Andreas coram no-bis promisit expresse pro suis fratribus et proximis consanguineis pro eodem campo seu parte haeredi-tatis per ipsum vendita et etiam pro se ipso pro alia haereditate dicta Closs alias pro sexaginta marcis per Ratholdum vendita ut praefertur: quod praefa-tam utramque venditionem nullatenus retractabunt,

sed inviolabiliter observabunt, prout gesta est firmiter et tenebunt. Quam quidem venditionem et resignationem sic rite et rationabiliter factam gratuite approbamus ac perpetuo valituram et benignitate nostra regia confirmamus. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum Cracoviae feria sexta infra octavas Penthecostes, Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, Praesentibus nostris fidelibus dominis Johanne castellano, Petro vexilifero, Predborio subdapifero cracoviensibus, Bodzanta praeposito Sancti Floriani procuratore generali, Zaklyka de Janowycze et Stanislao de Wroczymowycze. Datum per manus honorabilis viri domini Zawissij archidiaconi et cancellarii cracoviensis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Lovicensem notarium, a. 1552 exarato, pag. 145–149)

Wladislaus Dux Opoliensis cuidam Jaskoni villam Dorożow in districtu Samboriensi, confert.

In Wieluń, Anno 1375, die 6 mensis Julii.

---

dr. Akta grod. Tom VII p. 18 № 11.

In nomine Domini Amen. Decet excellentiam Principum suorum subditorum commodis et utilitatibus intendere, ut dum eorum profectibus invigilant, ipsos in honoris sui promotione et servitiis sentiant promptiores. Nos igitur Ladislaus Dei gratia Dux Opoliensis, Wielunensis et dominus Russiae, ad perpetuam rei memoriam volumus devenire, quod inspectis fidelibus obsequiis Jaskonis fidelis nostri nobis exhibitis et adhuc aucto fidelitatis studio futuris temporibus eo fidelius exhibendis, maturo nostrorum seniorum praehabito consilio de nostrae largitatis munificentia, eidem Jaskoni et suis haeredibus et legitimis successoribus villam nostram

Drosow dictam, in districtu Samboriensi sitam,
cum omnibus et singulis suis pertinentiis, iuri=
bus et dominiis, proventibus et obventionibus,
censibus, redditibus et emolumentis, prout eadem
villa in suis metis, limitibus et graniciis est
situata circumferencialiter et distincta, cum
agris cultis et de novo extirpandis seu locan=
dis, cum sylvis, nemoribus, mericiis, quercetis,
mellificiis, rubetis, venationibus, aucupationi=
bus, pratis, pascuis, tabernis, piscinis, molendi=
nis, stagnis, paludibus, montibus, collibus, val=
libus, planiciebus, cum aquis et aquarum decur=
sibus, caeteris quoque omnibus adhaerentiis, uti=
litatibus et usufructibus pronunc in dicta
villa Drossow existentibus vel temporibus
successivis ~~in~~ ex eadem pervenire valentibus, da=
mus, conferimus, donamus et appropriamus
eidem Jaskoni et suis haeredibus et legiti=
mis successoribus ea libertate et consuetudine
qua caeteri vasalli nostri bona sua possident per=
petuis temporibus possidendam, tenendam, haben=
dam vendendam, alienandam, donandam, commu=

tandam, obligandam et in usus suos beneplacitos convertendam. Ratione vero praedictae villae idem Jasko et sui successores legitimi nobis, nostrisque successoribus legitimis cum una hasta et uno sagittario, quotiescunque ad expeditionem generalem in terra nostra Russiae ventum fuerit, tenebitur deservire, et a qualibet curia possessa singulis annis in festo Sancti Martini, duos grossos magnos pro censu camerae nostrae dare sint astricti. Promittimus insuper eidem Jaskoni et posteritati ipsius quod si captus fuerit sub nostro bannirio in exercitu nostro, seu aliqua dampna notabilia in equis interfectis perceperit cum scitu virorum proborum ipsum ab huiusmodi captivitate dampnis restitutis liberare. In cuius rei testimonium praesentes scribi fecimus et nostri sigilli maioris munimine roborari. Actum et datum in Wielun, feria sexta post festum Sanctorum Petri et Pauli, sub Anno Domini Millesimo Trecentesimo septuagesimo quinto. Praesentibus strenuis Andrea Scamiro, domino Coszyra, Merbota capitan. Radlo Wnestow et

domino Johanne Cancellario nostro, et aliis multis fide dignis

(Oryginał pergaminowy u którego na sznurku jedwabnym wisiała woskowa pieczęć przedstawiająca jezdca na koniu w szyszaku, był w Archiwum Koronnym. – Kopia w Tekach Naruszewicza Tom VIII, Nr. 126.)

Ladislaus Dux Opoliensis, dominus Vielunensis et Russiae, civitatem „nostram" Jaroslaw de loco ubi pridem sita extitit, transfert ante castrum „nostrum" de novo locandam iure theutonico Magdeburgensi, 100 mansos franconicos ipsi civitati adiungit, atque advocatiam ibidem discretis Petro et Mathiae fratrueli suo cum 6 mansis liberis dat. – Praesentibus strenuis: Demetrio de Goray, Bogschikone de Chrabkowicz (de Chrebnowicz w oryginale); Nicolao Bozera, Johanne Mereczko, Petro Brown judice provinciali terrae Russiae, et Johanne de Glogovia cancellario nostro.

In Lemburga, Anno 1375 in crastino S. Nicolai confes. (7 Decembris)

(Druk w Akta grodzkie. Lwów 1878 Tom VII str. 19 Nr 12 – Treść w Siarczyński: Wiadomość o Jarosławiu. Lwów 1826, str. 5. – Baliński i Lipiński Starożytna Polska T. II str. 651.)

Advocatus et scabini supremi judicii juris theutonici in castro cracoviensi recognoscunt nobilem Martinum filium Floriani haereditatem suam Gierassow consulibus ~~[illegible]~~ civitatis Wieliczka vendidisse.

Cracoviae, anno 1376 die 17 mensis Januarii.

Nos Stephanus Gallicus civis cracoviensis nec non scultetus de Brunowycze polonicali prout judex seu advocatus supremi judicii juris theutonici in castro cracoviensi per magnificum principem dominum Ludowicum Dei gratia regem Poloniae Ungariaeque serenissimum ad hoc specialiter deputatus una cum scabinis ejusdem judicii infra scriptis: Notificamus per praesentes quibus expedit universis protestantes: quod nobilis vir Martinus Floriani non compulsus nec coactus sanus mente et corpore et integer ratione coram nobis constitutus in judicio bannito promittens pro omnibus pueris suis secundum juris formam vendidit haereditatem sitam Vdamba et Gerassow nuncupatam in suburbio Wyelitiensi civitatis jacentem circumspectis viris Gisskoni, Petro dicto Colcza, Alberto Fabri, Johanni Annę et Bartholomeo etiam Fabri consulibus ibidem

in Wyelyczka tunc coram nobis personaliter constitutis, nec non totae universitati civium in ibidem, ita plene sicut eam solus ex matura successione tenuit, possidebat pro centum quadraginta sex marcis grossorum pragensium, quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando, ac eam coram nobis resignavit et omnino extunc quod ibi[illegible] ipsius habuit renuntiavit palam omnibus publice et expresse perpetuis temporibus habendam, tenendam, possidendam, commutandam, vendendam et pro libito voluntatis convertendam, prout ipsis ipsorumque posteris successoribus melius et utilius videbitur expedire cum omnibus ipsis juribus, proventibus, fructibus et utilitatibus quae in ea sunt vel fieri poterint quocumque nomine censeantur, quemadmodum in suis limitibus ab aliis haereditatibus circumferentialiter est distincta. Tandem nobis praedicti consules supplicarunt ut eandem ipsorum emptionem et Martini jam dicti resignationem nostris litteris judicialibus dignaremur confirmare: nos vero eandem emptionem et resignationem ratam et gratam habentes ipsam praesentibus confirmamus. In quorum evidentiam et firmitatem pleniorem excellens sigillum illustrissimi domini regis superius dicti, quo specialiter ex demandato ipsius utimur, praesentibus duximus appendendum. Actum et datum Cracoviae in castro,

feria quarta in vigilia vigiliae Cathedrae beati Petri, Sub Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, Praesentibus his famosis et discretis viris: Martino de Lyubocza, Stephano de Crabyschow, Miroslao de Czubrowycz, Stanislao de Glogoczow, Petro dicto Cosarz de Slomnyky sculteti̇s, Dincone et Paulo dicto Biscupecz civibus cracoviensibus ac omnibus juratis et aliis quam plurimis fide dignis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Loviçensem notarium a. 1552 exarato, pag. 8-11)

Mathias praepositus, Wojszczyca abbatissa atque totus conventus monasterii de Staniątki recognoscunt transactionem se fecisse cum Martino Czuko praeposito et toto conventu maechoviensi ratione deducendi directi meatus aquae fluvii Vistulae per sylvam villae Mszęcin.

In Staniątki, anno 1376 die 28 mensis Februarii

In nomine Domini Amen. Nos Mathias Praepositus una cum devotis in Christo et religiosis sororibus Voyscycza Abbatissa, Margarita Priorissa, Theodosia Custodissa, Cristina, Sarza, Anastasia, Nastka et Victoria, totusque

Nakielski
miechov
p. 311

45 wierszy

Advocatus et scabini supremi judicii juris theutonici in castro cracoviensi recognoscunt consules civitatis Wieliczka Martino filio Floriani totum pretium pro empta haereditate Gierassow exsolvisse.

Cracoviae, anno 1377 die 16 mensis Januarii.

Nos Stephanus Gallicus civis cracoviensis nec non scultetus de Brunowycze polonicali prout judex seu advocatus supremi judicii juris theutonici in castro cracoviensi per magnificum principem dominum Ludwigum dei gratia regem Poloniae Ungariaeque illustrem ad hoc specialiter deputatus una cum scabinis ejusdem judicii infrascriptis: Notificamus per praesentes quibus expedit universis: quod cum feria sexta ipso die beati Marcelli martiris gloriosi judicium per nos fuisset bannitum et more solito citius celebratum: coram quo judicio constitutus providus vir Martinus Floriani fassus est et publice recognovit per consules de Wyeliczka pecuniam quam sibi tenebantur pro haereditate dicta Vdamba et Gerassow nuncupata sita ante eandem civitatem Wyeliczka et locata sibi fore persolutam

de uno denario usque ad ultimum integraliter et complete. Cujus quidem pecuniae ratione idem Martinus Floriani dictos consules cum tota universitate de ibidem tunc coram nobis restituit liberos et solutas publice et expresse resignans et assignans totalem possessionem in dicta haereditate cum jure omni et dominio praenotatis consulibus et eorum successoribus prout solus tenuit et possidebat hereditarie perpetuis temporibus duraturam. Nos vero considerantes per ipsos consules dictae pecuniae solutionem et satisfactionem Martino praemisso per ipsumque Martinum praefatae haereditatis dictis consulibus resignationem ratas et gratas habentes presentibus nostri judicii confirmamus ratificamus et approbamus. In cujus rei testimonium excellens sigillum illustrissimi domini regis prius dicti, quo utimur specialiter ex demandato ipsius praesentibus est appensum. Actum et datum Cracoviae in castro die quo supra, Sub Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo septimo; Praesentibus hiis famosis viris Stephano de Crabshaw, Martino de Lyubocza, Stanislao de Glogoczow, Petro dicto Kosarz de Slomnyky, Venceslao de Istebnyk scultetis, Dyncone et Johanne Jagerdorf civibus cracoviensibus ac omnibus juratis et aliis multis fide dignis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 11–13)

Vladislaus dux opoliensis declarat sacerdotes ecclesiae cathedralis leopoliensis si domos in civitate Leopoli emerint ad praestanda onera civilia adstrictos fore.

Leopoli, anno 1377, die 4 mensis Octobris.

Nos Ladislaus dei gracia dux Opoliensis, Welunensis et Russie, tenore presencium vniversis et singulis tam presentibus quam futuris cupimus fore notum, quod ciuitatem nostram Lemburgensem cupimus specialibus comodis suffulcire. Statuimus de consilio nostrorum fidelium quod postquam pro Sede Archiepiscopali Lemburgensi ecclesia Kathedralis constructa fuerit in Lemburga ciuitate nostra, quilibet prelatus, canonicus, vicarius vel alterius status presbiter ad eandem Kathedralem ecclesiam pertinens emens et comparans pro se aliquam domum ciuilem illiberam, de qua eciam ciuis, qui in ipsa resedit exacciones soluit, vigilauit aliaque jura ciuilia ciuitati administrauit, hic prelatus, canonicus, aut vicarius pari forma velud alter ciuis exacciones soluere vigilare et alia

Jura ciuilia, quociens oportunum fuerit dicte ciuitati tenetur administrare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Lemburga die sancti Francisci confessoris, Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo septimo. —

(Oryginał na pergaminie; pieczęć z ciemnozielonego wosku w żółtej woskowej puszce na sznurku jedwabnym zielono amarantowym wisząca wielkości pięciozłotówki przedstawia w środku medalion popiersia wypukłego młodego mężczyzny: dokoła pole kwieciste i 3 tarcze herbowe po rogach w górze z orłem polskim, z boku lewego z dwoma trąbami myśliwskiemi związanemi, z boku prawego z lwem wspiętym. Dokoła napis gotycki: ladislaus dux opolien dominus russie et welunensis)
(W zbiorze p. Felicyana Laskowskiego we Lwowie)

Vladislaus dux opoliensis civibus leopoliensibus advocatiam juris theutonici in civitate Leopoli confert.

Leopoli anno 1378, die 7 mensis Novembris.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ladislaus Dei gratia dux opoliensis, welunensis et Russiae notificamus tenore praesentium universis quibus nosse fuerit opportunum, quod de consveta nostrae pietatis gratia, meritaque fidelitatis et probitatis fidelium nostrorum civium lemburgensium intuentes, et ut ad quaevis servitia et beneplaicta nostra se valeant reddere promptiores de consilio ex nostrorum fidelium et baronum ipsis advocatiam nostram Theutunicorum in Lemburga et poenas de eadem provenientes damus, conferimus et donamus donatione perpetua et immutabili tenendam, habendam et in usus praedictae civitatis nostrae Lemburg convertendam, hoc tamen excepto, quod quicunque hominum pro causis magnis ipsorum iure sentenciatus et condempnatus fuerit, ita, quod bonis et vita privari deberetur,

vel quicunque homicidium aliquod perpetravit extunc quidque ab eisdem provenire poterit unam partem ipsis conferimus, reliquas vero duas partes pro no=bis reservamus. Volumus etiam quod cum supradic=ti cives consules ipsorum de ritu tamen nostro elegerint et per nos supradicti consules confirmati fuerint, extunc iidem consules electi advocatum de medio ipsorum quem voluerint debent eligere, quando et quotiens ipsorum placuerit voluntati. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum et datum Lemburg die dominico infra octavas Omnium Sanctorum, Sub Anno Domi=ni Millesimo tricentesimo septuagesimo octavo, Praesentibus hijs dominis et fidelibus nostris Pas=cone Slodzey in Czchow, Nicolao de Boguria zavi=chostensi castellanis, Gnewossio de Dalowicz mili=tibus, Andreaschone capitaneo Russiae, Johanne Schof marsalco, Petro Armknecht theloneatore lemburgensi et domino Nicolao cancellario nostro, qui praesentes habuit in commisso et aliis quampluribus viris fide dignis

(Oryginał na pergaminie z woskową ciemnopłową pieczęcią na sznurku czerwonym i zielonym wiszącą przedstawiającego osobę siedzącą, w mitrze książęcej, trzymającą miecz na ramieniu; po bokach dwie tarcze herbowe z orłem i lwem. napis do koła: + ladislavs. dei. gracia. dux. opo=liensis. et welunensis. et. terre. russie. domin. et heres. — na stronie odwrotnej pieczęci wyciśnięta na ciemnozielonym wosku druga mniejsza przed=stawia w środku głowę dziecka, koło niej 3 tarcze herbowe z orłem, z lwem i z dwoma trąbkami myśliwskiemi zwią=zanemi. Napis do koła: Ladislavs dux — opolien. dns. rusie — et velunens. — Oryginał w zbiorze Gwalberta Pawlikowskiego)

Johannes de Tarnow castellanus sandomiriensis jus percipiendae tertiae mensurae in molendino penes civitatem Tarnow sito, Frankoni molendinatori pro viginti marcis vendit.

Tarnoviae, anno 1378 die 24 mensis Decembris.

In nomine domini Amen. Nos Johannes castellanus Sandomiriensis nec non haeres de Tharnow Recognoscimus universis tam praesentibus quam futuris praesentem literam inspecturis. Quod Franconi molendinatori terciam metretam seu mensuram in nostro molendino circa latrificia foris civitatem Tharnouiensem iacenti nostre hereditatis pro viginti marcis grossorum vendidimus sibi et suis pueris et legittimis successoribus perpetuo valituram cui quidem addidimus unum ortum circa molendinum predictum in quo quidem orto serabit caules (caules (ccepo & hoc:) et cepes et hoc quantum fuerit solummodo indigenti pro sua utilitate et non plus et quando (qn̄) idem molendinum aliquomodo

destrueret^ur^ extunc idem Franco omnia robora seu attinencia in silua sua facultate excidere habet deinde Nos dominus Johannes conducere ea debemus, de aliis necessarijs quot quot (q̄p q̄p) foret necessarium videlicet de lapidibus molaribus de ferrimentis (ferrametis) quibuslibet, clauis parvis et magnis, asseribus parvis et magnis in wlgo Gonthi et Wszanki nuncupatis de sepe et aliis necessariis quibuscumque ad idem molendinum pertinentibus super ista omnia idem Franco ~~tercium~~ tercium (ccui) denarium dare habet et nos duos hoc est. nos duas partes et ipse terciam. Quod si idem molendinum in loco suo ubi pro nunc stat adnichilaretur aliquomodo seu destrueretur, extunc idem Franco habet aliud molendinum edificare superius vel inferius et hoc excepto dampno molendini superioris et inferioris circumiacentibus, Et quando agger eiusdem molendini aliquomodo destruetur, extunc nos dare debemus duos homines et ipse Franco unum ad reformandum idem agger. Quod si idem Franco ~~circa~~ circa (cca) praedictum molendinum posset augere aliquas utilitates videlicet (bz) duas pilas Stampi vulgariter nuncupatas unam quercinam et aliam (Crruti) Scruti de istis nos percipiemus duas partes et ipse Franco terciam partem. Insuper eidem Franconi praedictam terciam metretam seu mensuram vendidimus in tale ius, iuxta quod omnes molendinatores emptores perpecius in districtu Tharnouiensi utuntur. Ceterum idem Franco una cum suis pueris et successoribus habet omnimodam potestatem praedictam terciam metretam vendendi donandi commutan=

di ubilibet concedendi nostra tum cum voluntate et assensu. Actum et datum in ciuitate Tharnow in vigilia Natal. Christi, Anno Domini M°CCCLXXVIII° praesentibus Protassio Burgrabio castri Tharnouiensis, domino Nicolao dicto Mszurowski Quaskone aduocato Tharnouiensi domino Swanthoslao herede de Dambrowa et domino Dobeslao herede de Coszczicze testibus et alijs quam plurimis fide dignis.

Data per manus Philippi pro tunc notarii curie eiusdem domini.

(Ex archetypo membranaceo, cum funiculo viridi coloris, cujus sigillum avulsum)

Judicium terrestre cracoviense recognoscit Martinum filium † Floriani viceprocuratoris de Niepolomice partem haereditatis suae Dąb (Gierasów) vocatae consulibus civitatis Wieliczka vendidisse.

Cracoviae, anno 1379 die 16 mensis Junii. (?)

Nos Drogomirus judex et Andreas subjudex generales terrae cracoviensis notum facimus omnibus et singulis quibus expedit universis: quod cum pro tribunali sedebamus videlicet in colloquio generali, accedens ad nostram nostrorumque praesentiam providus vir Martinus natus olim Floriani vice procuratoris de Nyepolomycz sanus mente pariter et corpore existens non compulsus nec coactus sed mera sua ac spontanea voluntate praeventus suam particulam haereditatis situatam ante civitatem Wyelyczka circa dap sic ~~[illegible]~~ nuncupatam, sibi ex paterna natione contingentem prout ipsa particula haereditatis praefata in suis limitibus et graniciis circumferentialiter est distincta et limitata, prout ipse solus tenuit et habuit, nihil pro se et suis legittimis dominii ibidem reservando,

cum omnibus censibus qui ibidem sunt et in posterum possint adinveniri tam in domibus, hortis, pomeriis, aquarum decursibus, gajis rubetis fossatis, et aliis omnibus et singulis quibuscumque nominibus vocitentur providis et famosis viris consulibus et totae communitati civium ibidem de Wyelyczka pro centum quadraginta marcis grossorum in regno Poloniae decurrentium numeri polonicalis quadraginta octo grossos facientium rite et rationabiliter vendidit et titulo haereditatis perpetuae resignavit. Et nihilominus honestus vir Johannes haeres de Raczyborsko natus Floriani praefati frater germanus ejusdem Martini venditionem ac emptionem eandem volens impedire, ad quam particulam haereditatis praefatam se proximiorem ex paterna natione asserebat, ipsos providos viros ac honestos consules et cives de Wyelyczka citare pro eadem particula haereditatis procuravit: quo tempore et termino pendente inter ipsum Johannem consules ac cives praefatos ipse Johannes praedictus de hoc seculo dominio permittente temporalem vitam mutavit in sempiternam. Et demum honesta ac generosa domina domina Kachna relicta ejusdem Johannis cum orphanis suis seu pueris Johannis ejusdem, videlicet Nicolao, Stanislao Michaele et Catherina haeredibus de Raczyborsko causam eandem prosequi volentes ipsos consules et cives de Wyeliczka pro eadem particula hae-

reditatis praefata judicialiter convenire procurarunt, quo termino ipsis posito et assignato, ex quaestione mota contra ipsos hij idem honesti ac famosi viri consules et cives antenominati pecuniam eandem videlicet centum quadraginta marcas grossorum quas pro particula haereditatis dederunt comparanda ipsis reddi et exsolvi a haeredibus praefatis petiebant. Et nihilominus ipsa domina praefata domina Kachna cum filiis suis praenominatis forum factum et contractum inter eundem Martinum et ipsos famosos et honestos viros consules et cives saepefatos publice et manifeste et pecuniam eandem receptam recognovit. Nos vero decernimus easdem centum quadraginta marcas grossorum praefatas per ipsum Martinum acceptas eisdem providis viris consulibus et civibus praefatis qui pro tunc fuerint infra diem et annum praesentium a date exsolvere cum effectu: quibus exsolutis eandem particulam valeant possidere: alias solvere pecunias easdem minime valuerint. extunc ipsis consulibus et civibus praefatis particulam haereditatis eandem dominio cum toto et jure haereditario ac perpetuo adjudicandam, tenendam, habendam, utifruendam per ipsos consules et cives praefatos prout ipsis et suorum successorum consulum et civium praedictorum libite voluntatis fuerit convertendam, ipsis vero Kachne, Nicolao, Stanislao, Michaeli et Katherine praefatis de quaestione praesenti perpetuum silentium imponentes. In cujus rei testimonium nostra sigilla praesentibus sunt appensa. Datum Cracoviae feria secunda

in crastino sancti Viti, Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo nono, Praesentibus dominis Johanne castellano, Dobeslao palatino, Dobrogostio decano, Mscziugio subcamerario, Bodzanta procuratore cracoviensi, Johanne palatino lanciciensi et aliis fide dignis quam plurimis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 167 - 172)

Sandivogius capitaneus cracoviensis recognoscit nobiles Thomam et Florianum de Lednica haereditates Klossów et Szydłowka consulibus civitatis Wieliczka vendidisse.

Cracoviae, anno 1379, die 28 mensis Septembris.

Nos Sandzyvogius capitaneus terrae cracoviensis notum facimus quibus expedit universis praesentem litteram inspecturis: quod accedentes ad nostram aliorumque nobilium praesentiam nobiles viri Tomszyk et Florianus haeredes de Lyednycza non compulsi nec coacti sed sani mente pariter et corpore existentes, partem haereditatis ante Wyelyczkam sitam in campis et rubetis vulgariter Kloszow et Schidlowkam incipiendo a metis Martini usque ad granities Ratholdi cum omnibus juribus dominiis et aliis utilitatibus ex eis provenientibus prout alias soli tenuerunt honestis viris dominis consulibus et civibus de Wyeliczka pro triginta marcis grossorum pragensium numeri polonicalis quamlibet marcam per quadraginta octo grossos

numerando ritte et rationabiliter vendiderunt, ipsaque campos et rubeta tenenda, habenda, vendenda, commutanda alienanda et in usus suos beneplacitos convertenda ac per ipsos eorumque posteros et successores legittimos perpetuis temporibus pacifice possidenda coram nobis voluntarie et benevole in perpetuum resignaverunt. In quorum evidentiam nostrum sigillum praesentibus est appensum. Actum et datum Cracoviae ipso die sancti Venceslai, Sub Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo nono; Praesentibus hijs dominis Dobrogostio decano, Friderico subjudice, Bodzanta procuratore cracoviensibus, Thomcone subagazone domini regis, Nicolao de Crzelow, Swantoslao dicto Gorka et alijs multis fide dignis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civitatis Wieliczka per Felicem Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 138-139)

Elisabeth regina Hungariae et Poloniae posessionem navigii in fluvio Vistula, inter villas Niepołomice et Mszczęcin, monasterio Staniątecensi adjudicat.

Cracoviae, anno 1379 die 7 mensis Novembris.

Nos (He) Elisabeth Dei gratia Hungariae, Poloniae, Dalmaciae etc. Senior regina notum facimus quibus expedit universis: Quod ad nostram baronumque nostrorum veniens praesentiam religiosus vir Mscislaus praepositus monasterii (in) Staniantki una cum monialibus ibidem sufficienter per privilegia et fide dignas probationes docuerunt et sunt protestati, quomodo navigium antiquitus (Wierzbanczyn) ~~[illegible]~~ Przewoz vulgariter nuncupatum in Wisla inter Niepolomice et ~~[illegible]~~ Mszanczyn ab antiquo ad dictum monasterium de jure pertineret. Nos itaque

visis ipsius, ut praefertur, probationibus sufficientibus, praedictum navigium dicto monasterio in perpetuum assignamus tenore praesentium duximus restituendum: ita tamen, quod saepedictum navigium inferius in loco antiquo ubi prius fuerat constituatur. In cujus rei testimonium nostrum sigillum praesentibus est appensum. Actum et datum Cracoviae Feria secunda infra Octavas Omnium Sanctorum, Anno Domini Millesimo Tricentesimo septuagesimo nono.

(Originale pergameneum productum fuit coram Commissione et dislimitatione inter villas Tropiszow et Igolomia fer. 5a post fest. Assumptionis B. Mariae V. – Oblat in actis castr. cracov. fer. 2a post fest. Visitationis B. Mariae V. 1750. Relat. Tom 191 pag. 2236–2237 № 748)
(Oblat. etiam in castro cracov. fer. 6a post fest. Assumpt. B. Mariae 1740 Relat. Tom 164 pag. 2414–245 Nr. 759)

Ludovicus Rex Hungariae et Poloniae inhibit, ne judices in cognitionem jurium castri Delatan et villae Lubuznia per Dobrogostium de Nowydwór possessorum, condescendant, sed id ad judicium Regis remittant.

In Lipcze Soliensi, Anno 1380 die 12 mensis Augusti.

Nos Lodovicus Dei gratia Rex Hungarorum, Poloniae, Dalmatiae etc. Vobis universis Capitaneis, Palatinis, Woyuodis, Castellanis, Judicibus, Subiudicibus et aliis quibuspiam Judicibus et Justiciariis Regni nostri Poloniae praedicti ecclesiasticis et secularibus firmis regiis mandamus sub praeceptis: quatenus honorabilem virum dominum Dobrogozium Doctorem Decretorum et Decanum Cracoviensem, nec non Nemerze Johannem Abraham et Abram haeredes de Nova Curia, praetextu castri nostri Delatan vocatis et suis villis sive pertinentiis, nec non villae Lubuznya nunc=

Nowydwor

Dalanzow pod Kośzia nem 06.X.1385

patae, similiter cum suis attinentiis quibusli=
bet nullatenus iudicare praesumpnatis; sed
si quis aliquod ius in eisdem se habere sperant,
eosdem in conspectum nostrae Maiestatis trans=
mitatis prosequendos, quibus nos justitiae
complementum exhibere faciemus, dictante iu=
ris aequitate, aliud igitur facere non ausuri
in praemissis, dictae gratiae nostrae sub ob=
tentu. Datum in Lipche Zolien die dominico
proximo post festum beati Laurentii, Anno Do=
mini Millesimo Trecentesimo octuagesimo.

(Oryginał na pergaminie bez pieczęci był w Ar=
chiwum Koronnem – Kopia w Tekach Naruszewicza
Tom VIII, N°. 171.)

circa Lednica

Judicium terrestre cracoviense recognoscit, nobilem Thomam de Lednica duos hortos cum agris prope Wieliczkam sitos consulibus civitatis Wieliczka vendidisse.

Cracoviae, anno 1381, die 30 mensis Julii.

Nos Drogomirus judex et Andreas subjudex generalis cracoviensis terrae notum facimus quibus expedit universis praesentem litteram inspecturis: quod cum pro tribunali sedebamus, accedens ad nostram nostrorumque assessorum praesentiam nobilis vir Thomschyk haeres de Lyednycza non compulsus nec coactus neque aliquo dolo circumventus sed sanus mente pariter et corpore existens duos hortos cum agris ex a tergo eis adjunctis cum omni jure seu dominio ac aliis omnibus pertinentiis ad eosdem spectantibus quibuscumque nominibus censeantur sitos circa civitatem Wyelyczkam honestis viris consulibus totaeque communitati in civitate Wyelyczka pro triginta marcis grossorum pragensium numeri polonicalis quamlibet marcam

per quadraginta octo grossos computando rite et ratio=nabiliter vendidit et coram nobis voluntarie et jure haereditario perpetuo resignavit. Nos vero eandem venditionem et resignationem ratam habentes atque firmam roboramus, ratificamus, sigillorumque nostrorum appensione praesentem litteram mu=nientes. Actum et datum Cracoviae feria tertia proxima post diem beati Jacobi apostoli, Anno domini Millesimo trecentesimo octuagesimo pri=mo; Praesentibus hijs testibus Andrea de Mors=ko, Clemente de Chotlyez, Jacusio de Czychawa, Thoma de Lucucz haeredibus, Michaele, Andrea camerariis nostris et aliis multis personis fide dignis.

(Ex manuscripto codice Privilegiorum civi=tatis Wieliczka per Felicem Lovicensem notarium a. 1552 exarato, pag. 287-288)

Maria Regina Hungariae Josepho Valacho filio Petri possessionem villae Poraz sive Kuntzendorf per eum emptae approbat.

dr. Akta grodz. T. VII p. 24 N° 14

(Budae), Anno 1383, die 20 mensis Februarii.

Maria Dei gratia Hungariae, Dalmaciae, Croaciae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Regina, Princeps Salernitana et Honoris ac Montis Sancti Angeli domina, omnibus Christi fidelibus, tam praesentibus, quam futuris, salutem in omnium Salvatore. Decet equidem Regiae Maiestati subditorum fidelia servitia perspicere, ipsosque ob respectum eorundem servitiorum beneficiis competentibus reddere consolatos. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire: quod Serenissimo Principe domino Ludovico eadem Dei gratia illustrissimo Rege Hun=

gariae, Poloniae, Dalmatiae etc. gloriose laudan=
dae recordationis genitore nostro carissimo, vo=
lente Domino Coeli, cuius nutu omnia reguntur
et disponuntur, absque prole masculina de medio
sublato, nobis iure successorio et ordine genitu=
rae coronam et solium dicti Regni Hungariae
ac sceptra regiminis ipsius genitoris nostri fe=
liciter adeptis, fidelis noster Joseph Olahus fi=
lius Petri de Regno nostro Rusciae, ad nostrae
Serenitatis accedendo praesentiam, propositis
suis fidelibus et fidelium servitiorum suorum
meritis nostrae humiliter declaravit Maies=
tati, quod ipse ab haeredibus quondam provi=
di viri Conradij dicti Rusca sculteti quandam
villam novam quae vulgariter Cuntzendorph
nominaretur, centum et duodecim mansos Fran=
conicos continentem, in silva vulgariter dicta Po=
ras, sub iure Teutonico videlicet Maydburgen=
si, quo gaudet civitas nostra Sanok sitam et
locatam, emisset et comparasset pro certa sumpna
pecunia quantitate et additione emptionis tem=
porum et eiusdem villae pacifico dominio per=

stitisset et staret de praesenti: supplicans exinde nostrae humiliter Maiestati, ut praelibatam villam (a servitio ?) sculpetiae eximeret, sibi, item Mathiae fratri et dominae Mussata appellatae filiae suis, novae donationis nostrae titulo dare Zophiae dignaremur: Nos itaque praemissis humillimis supplicationibus praefati Joseph reginali pietate exauditis, consideratisque eius fidelibus servitiis, quibus ipse primum praedicto domino Lodovico genitori nostro, et demum nobis et cunctis expeditionibus eiusdem atque nostris diversis fortunae casibus se submittendo, pro utilitate et ampliatione dicti Regni nostri Rusciae studuit et adhuc eadem fultus fidelitate studet complacere, praelibatam novam villam et memoratam silvam Poras adiacentem vulgariter Cuntzendorph nominatam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis, sub suis veris limitibus, prout eadem ab antiquo per suos priores possessores habita extitit et possessa, eidem Joseph filio Petri, et per eum dictis Mathiae fratri et Mussata filiae suis, ipsorumque

haeredibus et successoribus universis dedimus, donavi=
mus et contulimus; imo damus, donamus et conferi=
mus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam,
tenendam pariter et habendam, eximentes eandem
ab omni servitute scultetiā praenotata, ita ta=
men, ut idem Joseph, Mathias et domina Mus=
sata, ipsorumque haeredes nobis et nostris hae=
redibus ac successoribus Regibus Hungariae, se=
cundum morem et consuetudinem praedicti Regni
nostri Rusciae cum una hasta decenter expedi=
ti servire sint astricti. In cuius rei memori=
am, firmitatemque perpetuam praesentes con=
cessimus literas nostras privilegiales penden=
tis et autem sigilli nostri duplicis muni=
mine roboratas. Datum per manus reverendis=
simi in Christo patris et domini Demetrii
miseratione divina (circa) Sanctorum Quatuor
Coronatorum Sacrosanctae Romanae Ecclesiae
Presbyteri Cardinalis, Sanctae Strigoniensis
ecclesiae gubernatoris perpetui locique eiusdem
Comitis
(canonicis) similiter perpetui et aulae nostrae
fidelis Cancellarii Anno Domini Millesimo Tre=
centesimo octuagesimo tertio, Decimo Kalendas

mensis Martii, Regni autem nostri anno secundo, Praesentibus
Reverendissimis et venerabilibus in Christo patribus
eodem domino Demetrio gubernatore ecclesiae Stri=
goniensis perpetuo, Lodovico Colocensi, Hugolino
Spalatensi et Ugone Ragusiensi archiepiscopis,
Emerico Agriensi, Paulo Zagrabiensi, Gublino Tran=
sylvanensi, Valentino Quinque ecclesiarum, Decre=
torum Doctore, Johanne Waradiensi, Guillermo
Jauriensi, Benedicto Wesprimiensi, Johanne Cha=
nadiensi, Georgio Boznensi, Petro Waciensi, Jo=
hanne Sirmiensi, fratre Dominico Nitriensi, Pau=
lo Tinniensi, Demetrio Nonensi, Crisogono Tra=
guriensi, Mathaeo Sibinicensi, Stephano Pharen=
si, Jacobo Makarensi, Michaele Scardonien=
si et Thoma Segniensi eulesiarum episcopis,
ecclesias Dei feliciter gubernantibus, Corbaviensi
Sede vacante; magnificis viris Nicolao de Gara
Regni nostri palatino et iudice Comanorum,
Ladislao Woywoda Transylvano et comite de
Zoune, comite Nicolao de Zeech iudice Cu=
riae nostrae, Stephano de Lindua totius Regni
Sclavoniae, Emerico Bubeek dicto Dalmaciae et
Croatiae, ac Stephano filio Philppus de Machou

Banis, Nicolao dicto Zambou tauernicorum, Blasio dicto Forgatz pincernarum, Nicolao filio Nicolai de Telekt ianitorum, Vladislao Nicolai de Wessen dapiferorum et strenuo filio quondam domini Dyonisii Woyuodae, agazonum nostrorum magistris, praedicto Nicolao dicto Zambou canonico Posoniensi, aliisque quam pluribus Regni nostri comitatus tenentibus. et honores.

(Oryginał pergaminowy w Archiwum Koronnym miał pieczęć woskową wiszącą na sznurku z jedwabiu karmazynowego i granatowego. – Kopia w Tekach Naruszewicza Tom VIII, Nr. 194.)

(Drukowany: Supplementum ad historica Russiae monumenta. Petersburg 1848 str. 505 – z kąd przedruk. w Stadnicki K. Synowie Gedymina Tom II str. 248)

Maria Regina Hungariae, Dalmaciae, Croaciae pro fidelibus servitiis regi Ludovico praestitis, Johanni filio Andreae de Pallugya item Ladislao et Michaeli uterinis nec non Andreae filio Philippi patrueli fratribus suis, donat portiones in possessione Demetrouich (Dmytrowice pod Radymnem) quae quondam Dessk habebat, ac portiones in possessionibus Jesmanich (Jaksmanice), Plesenich (Pleszowice) et Popouich (Popowice) quae quondam consortis Iwan fuerunt, post mortem praedictorum possessorum absque haeredibus ad manus regias devolutas, in regno Russiae in districtu Premisliensi.

dr. Akta grod. Tom VII p. 33 № 17 (nazywa Jezmanice i niewie gdzie leży?)

Budae, Anno 1385, in Octavis festi b. Michaelis Archang.
(d. 6 Octobris)

(druk. w Zbiór deklaracyj, nót i czynności 1773. 4º

Emericus Bebek Regni Russiae Capitaneus, vigore mandati per Mariam Reginam Hungariae (Budae 1385 in Octavis festi B. Michaelis) dati, Johannem filium Andreae nobilem de Kis Pallugya de Comitatu Liptoviensi, possessionem portionum in Demetrovich, Jesmenich, Plesewich et Lopovich, assignat.

Dr. Akta grod. T. VII. p. 35 Nr 18.

In Lemburga Anno 1385 die festi Omnium Sanctorum (d. 1 Novembris)

(W Tekach Naruszewicza Tom VIII. – Oryginał posiadał Kajetan Jabłoński we Lwowie 1844.